410

N. 5/3

IHS

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
22 K
M23
E. 31.
12.4.11.

Notarum auctor est P. Nicolaus Abramus
Soc. Jesu.

Digitized by Google

Aquilæ Jungemus Olorem.

ΝΟΝΝΟΥ ΠΑΝΟΠΟΛΙΤΟΥ

Μεταβολὴ

τοῦ κατὰ Ἰωάννην ἁγίου

Εὐαγγελίου.

NONNI PANOPOLITANI

Paraphraſis

Sancti ſecundum Ioannem

Euangelij.

Acceſſerunt notæ P.N.A.

Societatis Jeſu.

PARISIIS,

Sublimi *vocatem.*

Apud Sebaſtianum, Cramoiſy Via Jacobæa ſub Ciconijs M.DC.XXIij. cũ priuilegio Regis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI DOMINO, DOMINO NICOLAO FRANCISCO A LOTHARINGIA MARCHIONI DE HATTONCHASTEL.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

BIBL. SOC. IESV ROM. COLLEG.

DIVINVS ille Plato, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, Poëtas tanquam miros, ſuaues, ſacros, immò diuino inſtinctos afflatu diuinis etiam honoribus proſequendos eſſe cenſebat, ſed ita tamen, vt eoſdem ex ea ciuitate, quam ipſe ſibi fingebat, tænia redimitos, floribus aſperſos, delibutos vnguentis emitteret. Tot enim illa Deorum figmenta cupiditates inflammant, tot inuehunt er-

rores, tot animis mortalium tenebras offundunt, vt eam vrbem incolumem fore non putaret, cuius ciues huiuſmodi deliramenta cum lacte matris hauſiſſent. Quia tamen, vt ait neſcio quis, *Poëſis eſt Philoſophia puerorum*, & auſterior eſt veritas quàm vt teneris animis imbibatur, niſi fuerit aliquâ poëtici numeri ſuauitate condita, eam poëſim putauit in ſua rep. retinendam, quæ puram & defæcatam virtutis imitationem contineret. Sed poëtam qui veritatis auſteritatem, & illam imitationem ſine fuco, ſine fallacia, ſine fabellarum lenocinio, mellis alliti ſuauitate mitigaret, inuenit neminem. *Tantæ molis erat* poëticam veritatem ex illis fictionum integumentis euoluere. Inuenti Parmenides, Meliſſus, Empedocles qui rerum naturam verbis optimis & numeroſè contextis explicarent: inuenti Pythagoras, Thegnis, Phocylides, qui ſententiolas

quaſdam vincta pedibus oratione concluderent: inuentæ Sibyllæ quæ ſua vaticinia verſibus comprehenſa poſteritati mandarent. Sed ij cùm nuda rerum expoſitione contenti nuſpiam humanas actiones per imitationem expreſſerint, ne Poëtæ quidem dicentur Platonis, Ariſtotelis aliorúmque ſuffragio. Felicior in hoc etiam genere fuit religio Chriſtiana, quæ incredibilem eorum Poëtarum ſegetem effudit, qui & res cum virtute geſtas exprimerent imitando, & tetricam illam veritatis ſeueritatem, mira dicendi copia, mira ſalis & elegantiæ è mellitis Poëtarum fontibus hauſta ſuauitate condirent. Immenſum eſt enumerare ſingulos, Gregorios, Syneſios, Apollinarios, Iuuencos, Sedulios, Prudentios, & reliquam ſeriem Chriſtianorum Poëtarum euoluere. Vnus ſit inſtar omnium noſter hic Nonnus. In quo ſi materiam ſpectes, Chriſti diuinitatem ex-

ponit: ſi veritatem, Euangeliſtam interpretatur, & eum ipſum qui in Æternæ Sapientiæ gremio conquieuit: ſi iudicium, nihil limatius: ſi verborum vbertatem, nihil fœcundius: ſi compoſitionem, nihil concinnius: ſi filum ipſum & ductum orationis, nihil ſublimius, magnificentius, auguſtius: vt in eo nec Homeri maieſtatem requiras, nec Pindari ſublimitatem, nec Sophoclis grauitatem, Euripidis prudentiam, Callimachi lenitatem, Muſæi concinnitatem, numerum Nicandri, facilitatem Heſiodi, Theognidis perſpicuitatem, Anacreontis teneritudinem, Ariſtophanis ſales, Menandri comitatem. Adeò vnus eſt Nonnus omnibus omnium Poëtarum, ipſiúſque Poëſeos numeris abſolutus atque perfectus. Quare cum nihil habuerim antiquius, ſtatim atque florentis huius Academiæ fama pellectus in ea Typographîum erexi, quàm vt aliquas obſequij mei

primitias,tuo,PRINCEPS ILLVSTRISSIME, nomini dedicarem,tibi qui non ſolum Poëſeos es candidatus, ſed iam ad ſacras infulas Eccleſiæ deſtinatus, nihil eo Poëta iucundius fore putaui, qui ſic & eruditione Chriſtiana,&Poëtica facultate imbutus eſt, vt eum non pauci cæteris Poëtis, viri docti vel vnum eius epitheton benè longis multorum cõmentarijs anteponant. Hunc ſi cæteræ iuuentuti impertieris, non poterit non eſſe iucundiſſimus.

—Neque enim Phœbo iam gratior vlla eſt,
Quam ſibi quæ tanti præſcripſit pagina nomen
Principis.

Habebunt Theologi Diui Ioannis interpretem: Iuriſcõſulti,Berythi quondam Iuriſprudentiæ matris inquilinum: Medici Ægyptium, Æſculapij gentilem: Philoſophi quemdam Naturæ Genium qui ſuis Dionyſiacis omnes propemodum Philoſophiæ, præſertim Aſtrologiæ partes intexuit. Iam qui Muſis Manſuetioribus ad omnem

humanitatem excoluntur, eum Poëtam habebunt, quem Plato magis expetijt, quàm inuenit. Neque verò ſi legem ille ſanciuit, ne cuiuſquam Poëſis admitteretur, niſi qui & annum ætatis quinquageſimum attigiſſet, & rerum antè geſtarum gloria floreret, has partes Poëtæ noſtro defuiſſe crediderim, quippe qui Dionyſiacis ad vmbilicum adductis, iam ætate maturior animum ad hanc interpretationem appuliſſe, & magnus ille Nonnus fuiſſe videatur qui & Pelagiam Pœnitentem aſſeruit Chriſto, & triginta Saracenorum millia ex inferni faucibus erepta cœlo vindicauit. Vale.

Tibi obſequentiſſimus,
SEBASTIANVS CRAMOISY.

FLORENTISSIMÆ

IVVENTVTI

MVSSIPONTANÆ

NICOLAVS FRANCISCVS

A LOTHARINGIA.

Emblematis explanatio.

FVlminis ætherei cuſtos magnique Tonãtis
Armiger aërijs habitans in montibus ales
Sub Ioue pendentem vacuo ſuper ardua nidum
Ponit, & æquato librans examine pennas
Regnator volucrum, media ſublimis in æthra
Cominus explorat radios, & lampada Phœbi,
Vibranteſque poli flammas, & fulminis ignes
Arduus aſpectu non caligante tuetur.
At Cycnus liquidis per prata recentia riuis,
Riparumque toros, niueis argenteus alis
Rimatur roſtro latices, & amœna canoros
Emittit per colla modos, aut remige penna
Alternatque toros, & cantu nubila plaudit.
Ecce Aquilam audaci tranantem nubila curſu
Fulminis hæredem patrij, Tonitruſque ſonoram
Progeniem, certis Triadem quæ cominus auſit
Explorare oculis: neque enim vibrantia circùm
Fulgura præſtringunt aciem ſublime volantis.

Nec refugo flectens pauitantem lumine viſum
Explorat propius Triadem , ſolemque Parentis,
Et radios Nati,& vibratum vtrinque Calorem.
Namq; in Principio Verbum, magnumque Parentem
Obſide gaudentem Verbo videt ætheris ales
Arduus , & certo rimatur fulgura viſu
Diuinis Triadem circumuelantia flammis.
Ales erit magni delator fulminis , ales
Quem Patris Æterni gremio Sapientia fouit.
At quis erit candore niues ſuperantibus alis
Cycnus , & æterno mulcebit ſidera cantu ?
Nonnus erit , Nonnus liquido qui carmine cœlũ
Mulceat , auritæ qui ſtagna liquentia Cirrhæ
Exhilaret, lætiſque animet Daphnona Camœnis.
Scilicet egregium vatem facundia cycno
Mollior , & niueâ cycni formoſior alâ
Excitat , æternoque vehit ſub nubila cantu.
Vos ô ſublimes Aquilæ , quique ætheris alti
Exploratores liquidis obtutibus ignes
Spectatis , legumque cati,quos Curia pridem
Inuitat , vos qui medica floretis in arte :
Vos quoque naturæ Genij,quibus vna voluptas,
Vna quies rerum cauſas tentare latentes,
Hanc Aquilam ſpectate , acies huc flectite veſtras,
Cernite pernici penetrantem nubila tractu.
Vos quoque Parnaſſi ſemper vernantis Olores
Aſſiduo cantu Cirrhæ qui ſtagna bicorni
Interfuſa iugo colitis , qui ſolis ad ortum
Alpinis niuibus certantes panditis alas,
Certantem Phœbi citharæ qui pectore vocem
Funditis , & docta corpus merſatis in vnda,
Hunc Cycnum ſpectate , ſuo qui carmina Phœbo
Suggerat , & victis queat inſultare Camœnis.

Sic tandem implexis per mutua vincula pennis
Sublimi vocalem, Aquilæ iungemus Olorem.

EIDEM ILLVSTRISSIMO PRINCIPI.

TE pietas Aquilam, faciunt te carmina Cycnum,
Sic Aquilæ, Princeps, conciliatur Olor.

Tibi obſequentiſſimus
Ephebus Honorarius,
Carolus à Reinach.

IN POETAM NONNVM EPIGRAMMA.

ABiurare Deos, Chriſto ſe addicere Phœbus
Cœperat auſpicijs, Nonne Poeta, tuis.
Nec mora: Chriſtiadum ter denis millibus auges
Agmen, & Heliaca ſpargis in vrbe fidem.
Inſtillare fidem facile eſt mortalibus: ipſos
Imbueras Chriſti relligione Deos.

Carolus Madrucius Comes ab Auy,
Baro de Baufremont,

ALIVD.

NOnnus vt heroo celebrauit carmine Bacchum,
Ioannem numeris in ſua verba ligat.
Quid mirum eloquij criſpat ſi fulmina Nonnus,
Si tonat, & placido fulguris igne micat?
Fulmine decuſſus matris fuit alter ab aluo,
Diuini Tonitrûs filius alter erat.

Alexander de Coſsé Pariſinus,
Abbas de Begard.

ALIVD.

ATtiguas auium ſenſim conſumere pennas
Fulminea volucris penna propinqua ſolet.
Nonne caue: tibi plumiuoras Haliæetus alas
Applicat in pennæ funera lenta tuæ.
Nonne caue: fallor, non eſt tibi Nonne timendum,
Hanc Aquilam tangens penna perennis erit.

Ioannes Philippus à Vvarſberg,
Vicecomes de Reinech.

ALIVD.

NVminis interpres Tonitru genitore creatus
Implet ſidereas voce tonante plagas.
Interpres radijs iterum fœlicibus implet
Nonnus ſidereas luce micante plagas.
O quam certa cadent diuina fulmina vocis!
Eloquio Nonnus fulgurat, ille tonat.

Ioannes Sigiſmundus, &
Ioannes Maximilianus fratres
Liberi Barones à Lamberg,
Auſtriaci.

ALIVD.

SCripſerat Eoas acies & prælia Bacchi
Orgiaque occultis non reſeranda ſacris.
Iniecere manum Superi, Chriſtóque Poëtam
Aſſertum cælo ſcribere digna iubent.
Si diuina fluunt cantanti carmina Bacchum,
Quid cum ſidereâ numina voce canit?

Henricus Van Etten nobilis
Bruxellenſis.

ALIVD.

SMyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ,
Orbis de patria certat, Homere, tua.
Hic niſi ſcripſiſſet patriam, certaret olympus.
Nec mirum, Heroas tu canis, ille Deum.

Hieronymus Çarera
Nobilis Luſitanus.

Typographus Candido Lectori. S.

MONENDVS es, Candide Lector, quid ad ſuperiores editiones, & vulgarem interpretationem acceſſerit. Trecentis ferè locis vel parùm ad energiam Græcam & verborum proprietatem expreſſis, vel quibus Poëtæ mentem parùm aſſecutus fuiſſe videbatur interpres, adhibita fuit medicina. Non pauci verſus, quibuſdam exemplaribus pro veris germaníſque obtruſi fuerant: nos ne ſuffragio noſtro eos vel damnare penitùs videremur, vel penitùs approbare, non reiecimus illos quidem, ſed Latinam interpretationem charactere diſtinximus. In textu nihil facilè mutatum, ne tùm quidẽ, cùm id aut verſûs ratio, aut ſenſûs eliciẽdi neceſſitas exigebat. Coniecturarum & emendationum ratio reddetur in notis, ne temerè in veteres editiones graſſati fuiſſe videamur. Quod ad notas attinet, non id fuit auctoris inſtitutum vt ageret Ioannis Interpretẽ, id enim permulti magna cum laude iam præſtiterunt, ſed vt, quod fecit hactenùs nemo, Nonni iuterpretationem expenderet, reuocarétque ad calculum, ſicubi vel hæreticos confutaret, vel ab aliorum explicationibus diſſideret, vel doctrinam aliquam abſtruſiorem epithetis cæteríſque loquendi rationibus contineret.

IN NONNI PANOPOLITANI PARAPHRASIM SANCTI ſecundum Ioannem Euangelij NOTÆ.

Auctore P. N. A B. Societatis IESV.

IN CAPVT PRIMVM.

1. Verſu. AXPONOΣ ἦν.) Ipſo initio ad refutandas Arianorum hæreſes accingitur, qui, vt ait Alexander Alexandriæ Patriarcha, epiſtola quadam apud Theodoretum lib. 1. hiſt. Eccleſ. dicebant, ὅτι ἦν ποτε ὅτι οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ γέγονεν ὕστερον ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων. *Fuiſſe tempus cùm non erat filius Dei, & natum fuiſſe poſtea, cùm*

prius non extitiſſet. Atque iam hinc obſeruabis, id noſtri ſcriptoris inſtitutū fuiſſe, nihil vt Euangeliſtæ verbis ſuperadderet, quod non videretur vel ad interpretationem neceſſarium, vel ad refutandas hæreſes vtile, vel ad antiquitatis cognitionem eruditum.

1 *Ἀκίχητος, incomprehenſibile.*) Contra Eunomium, cuius hæc verba referuntur apud Socratem lib. 4. hiſt. cap. 7. *φησὶ γὰρ κατὰ λέξιν τάδε. ὁ θεὸς περὶ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας οὐδὲν πλέον ἡμῶν ἐπίσταται, οὐδέ ἐστιν αὕτη μᾶλ (μᾶλλον) ἐκείνῳ, ἡμῖν δὲ ἧττον γινωσκομένη. Ait enim conceptis verbis : Deus circa ſuam ipſius ſubſtantiam, nihil plus quàm nos, cognoſcit, neque ea magis aut minus à nobis & ab ipſo cognoſcitur.*) Sed eius inſanam temeritatem egregiè Baſilius magnus, propoſita formiculæ deſcriptione cōprimit quadam epiſtola, quam in hæc verba concludit, *εἰ δὲ τοῦ βραχυτάτου μύρμηκος οὔπω περιέλαβες τῇ γνώσει τὴν φύσιν, πῶς τὴν ἀκατάληπτον τοῦ θεοῦ δύναμιν μεγαλαυχεῖς φαντάζεσθαι. Si verò tenuiſſimæ formicæ naturam nondum animo comprehendis, quomodo incomprehenſibilem Dei naturam ſe comprehendere gloriaris.*

2 *Υἱὸς ἀμήτωρ.*) Contra Valentinianorum hæreſim, qui vt auctor eſt Irenæus libro 2. Epiphanius libro 1. hæreſi 31. Tertullianus aduerſus Valentinianos cap. 7. & 8. *Verbum* Dei ex *intellectu* patre, & ex matre *veritate* prognatum eſſe finxerunt. Epiphanius hanc genealogiam, ſiue inſanam theogoniam ita digerit. Βυθὸς, Σιγὴ, Νοῦς, Ἀλήθεια, Λόγος, Ζωὴ, Ἄνθρωπος, Ἐκκλησία. Sed parco Græcis. ita Latinus in aureo libro de præſcriptionibus aduerſus hæreticos cap. 33. *Sed & cùm*

genealogias indeterminatas nominat, Apoſtolus Tit. 3. *Valentinus agnoſcitur, apud quem Aeon ille neſcio qui, noui & non vnius nominis generat è ſua Charite Senſum & Veritatem, & hi æquè procreant duos Sermonem & Vitam, de hinc & illi generant Hominem & Eccleſiam.* Verbum igitur υἱὸς αἰῶνος non filius *Senſus*, ſiue *Intellectus*, & *Veritatis*, vt Valentinus impiè fabulatur.

3 Καὶ λόγος αὐτοφύτοιο θεοῦ.) Contra eoſdem Valentinianos qui non patrem Verbi αὐτόφυτον, ſed auum, quem Αἰῶνα τέλειον, *ſubſtantialiter*, *perſonaliter verò* Προαρχὴν, καὶ τὴν Αρχὴν, *etiam* Βυθὸν *appellant*, *innatum*, *immenſum*, *infinitum*, *æternumque definiunt*, vt ait Tertullianus aduerſus Valent. cap. 7.

3 Φῶς, ἐκ φάεος φῶς. *Lumen, de lumine lumen.*) Non vt ijdem aſſerunt, qui Verbum Βυθοῦ, καὶ Σιγῆς *Profundi* & *Silentij* filium eſſe fabulantur.

4 Πατρὸς ἔην ἀμέριστος. *A patre non diuiſus erat.*) cap. 10. infrà verſu

Αγχιφανὴς, ἀμέριστος, ὁμόζυγός εἰμι τοκῆος.

Contra Arianos qui ſubſtantiam Patris à ſubſtantia Filij ſeparabant. S. Thomas commentarijs in Boëtium de Trinitate quæſt. 5. art. 4. in c. hunc errorem tribuit. Origeni 1. περὶ ἀρχῶν. Ego nihil huiuſmodi potui reperire, ſed penitus contrarium cap. 2. *Quæ imago etiam naturæ ac ſubſtantiæ Patris ac Filij continet vnitatem.* Vide.

4 Απείρονι σύνθρονος ἕδρῃ. *Æqua ſede ſedens.*) Contra Arianos & Nouatianum, qui Verbum quidem Deum eſſe fatebatur, ſed nec æqualem Patri, nec coæuum eſſe ſentiebat. Eius verba ſunt libro de Trinitate cap. 33. *Quando ipſe voluit,*

ſermo filius natus, & ſimul vt hic minor ſit, dum in illo eſſe ſe ſcit.

13 Μελισσοβότῳ παρὰ λόχμῃ, *In ſilua ab apibus depaſta.*) Eleganter vna voce oſtendit quibus eſcis Ioannes veſceretur, melle videlicet ſilueſtri.

19 Ὀρθὴν πίστιν ἔχοιεν ἀτέρμονα μητέρα κόσμου.

Inſit recta fides, mundique immenſa creatrix.)

Cur ἀτέρμονα? An quia fides per vbique terrarum erat propaganda? cur μητέρα κόσμου? an quia mundus per fidem erat regenerandus? aut potius quia fide & ſpe rerum vniuerſitas continetur, fouetur, educatur? Vide Clementem Alexandrinum 2. ſtromatum, Arnobium libro 2. aduerſus gentes. *Dicite ô feſtini, & meraco ſapientiæ tincti & ſaturi potu, eſt ne operis in vita negotioſum aliquod, atque actuoſum genus, quod non fide præeunte ſuſcipiant, ſumant, atque aggrediantur? an terram peregrinamini, nauigatis, non domum vos credentes peractis negotiationibus remeaturos? terram ferro ſcinditis, atque oppletis ſeminum varietate, non credentes vos frugem percepturos eſſe vicibus temporarijs? coniugalia copulatis conſortia, non futura eſſe credentes caſta, & officioſi fœderis in maritos?* & alia quamplurima. Vide Theodoretum θεραπευτικῶν his verbis. κοινὸν μέντοι χρῆμα πάντων ἡ πίστις, καὶ τῶν μαθεῖν τινα τέχνην ἐφιεμένων, καὶ τῶν πλεόντων, καὶ τῶν γεωργούντων, καὶ ἰατροῖς προσεδρευόντων. *Fides omnibus communis eſt, & iis qui artem volunt addiſcere, & qui agriculturam exercent, & qui nauigant, & qui medicis ſe committunt*, vt eam quod de lege dicit Orpheus, σφραγῖδα δικαίαν

Πόντου τ' εἰναλίου, γαίας φύσεώς τε βέβαιον.

Iuſtum naturæ, ponti terræque ſigillum,

appellare poſſimus.

59 Ὃ κ' ἀμβροσίῃ) aliàs & bene, ὃν ἀμβροσίῃ.

62 Ἀγρύπνους ἱερῆας. *In omnes ſacerdotes.*) Aptum epitheton Phariſæis. Epiphanius hæreſi 3. vel 16. καὶ οἱ μὲν σανίδας ἑαυτοῖς ἐφιλοκάλουν, σπιθαμῆς μόνης τὸ πλάτος, καὶ ἐπὶ ταύτην ἑαυτοὺς ἐτίθεσαν κατὰ τὴν ἑσπέραν, ἵνα εἰ ὑπνώσειέν τις, καὶ καταπέσοι εἰς τοὔδαφος· αὖθις ἐγείρηται εἰς εὐχήν, διὰ τὸ ἄγρυπνον ἔχειν τὸν βίον κατὰ τὸ δυνατόν. ἄλλοι δὲ κάχληκας συλλέγοντες ἑαυτοῖς ὑπεστρώννυον, εἰς τὸ νυττομένους μὴ ὕπνῳ βαθεῖ φέρεσθαι, ἀλλὰ βιάζεσθαι γρήγορσιν ἑαυτοῖς περιποιείζεσθαι. ἄλλοι δὲ καὶ ἀκάνθας στρωμνὴν εἶχον διὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. *Alij quidem aſſeres ſibi ſtudioſè congerebant vnius palmæ latitudine, quos ineunte nocte ſibi ſubſternerent, vt ſi quis dormiret, in terram prolapſus ad orationem excitaretur, & quantum in ipſis ſitum erat, inſomnem vitam traducerent. Alij verò lapillos collectos ſibi ſubſternebant, vt ſauciati profundo ſomno nequaquam mergerentur, ſed vigiliæ ſibi neceſſitatem adferrent. Alij verò eadem animi inductione pro ſtrato ſpinas ſibi ſternebant.*

73 Ἀνιπτοπόδων ἱερήων.) Cur ἀνιπτόποδας vocauit? an vt eos ab Hemerobaptiſtis diſtingueret, qui ſe ſingulis diebus abluebant? vt auctor eſt idem Epiphanius hæreſi 4. vel 16. An quia qui miſſi tū fuerunt, non cum cæteris ad baptiſmum Ioannis ſuſcipiendum in Iordanem deſcenderant, eam ob rem ἀνιπτόποδες nominantur? quamuis alios tum Phariſæos, tum Sadducæos Matthæus baptizatos fuiſſe teſtatur. An quod Phariſæi ſordes & ſquallorem affectarent? Matthæi 6. *Exterminant enim facies ſuas &c. tu autem cùm ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua*, quæ fortaſſe

ſordium affectatio cauſa fuerit, cur Phariſæi rariùs aquam pedibus hoſpitum lauandis exhiberent. Vnde Chriſtus Lucæ 7. *Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti.* Homerus 16. Iliados verſu 234. hanc vocem vſurpat.

Ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
Σοὶ ναίουσ᾽ ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι.
Multo te cingunt agmine Selli
Vates illotis pedibus terræque cubantes.

In quem verſum duas huius, nominis rationes adfert Euſtathius, quæ in ſacerdotes etiam iſtos quadrare videantur. Altera eſt Sellos vocari, ἀνιπτόποδας, ὡς μὴ προϊόντας τοῦ ἱεροῦ, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ θέλοντας ποδόνιπτρα. *Tanquam è templo nō exeuntes, & eam ob cauſam nullam volentes pedum lotionem,* citatque hunc verſum ex Euripidis Erectheo.

Πηγαῖς οὐχ ὑγραίνουσιν πόδας.
Nec vnda fontis humectant pedem.

Ἕτεροι δὲ σεμνότερον τοιοῦτο συντιθέασι νόημα, χαμαιεῦναι μὲν, ἀνιπτόποδες δὲ, τοῦτ᾽ ἔστι χαμαὶ μὲν εὐναζόμενοι, ἀνιπτόμενοι δὲ τῶν κάτω ταῖς διανοίαις διὰ τὴν ἐν ταῖς μαντείαις φιλοσοφίαν. *Alij vero ſplendidiorem quandam confingunt rationem, χαμαιεῦναι quidem, ſed tamen ἀνιπτόποδες, id eſt, in terra quidem verſantes & cubantes, ſed tamen cogitatione propter prophetiæ ſtudium à rebus inferioribus auolantes.* quæ laus ijs poterit conuenire: non enim tam ſpectat quales eſſent, quàm quales eſſe deberent: vnde & paulò pòſt eos honoris cauſa θεοκλήτους, *à Deo vocatos* appellat.

88 Καὶ χεὶρ ἄλλος) libenter legerim χεὶρ οὗτος, vel αὐτός. hoc eſt in ſcripturam graſſari: fateor. Sed & Ioannis textus tùm Græcè tùm Latinè

vnam tantùm Iudæorum legationem hîc agnoſcit, & epitheta, quę ſuperiùs Sacerdotibus adiecta ſunt, inſinuant Nonni mentem fuiſſe, vt ijdem eſſent & Sacerdotes & Phariſæi.

92 Δίφρου ἅρπαγος Ἠλίας ἐλατὴρ πυρός. *Flammati Helias currus auriga rapacis.*) lib. 4. Regum c. 2. v. 11. *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque, & aſcendit Helias per turbinem in cœlum.*

121 Βαπτίζειν ἀπύροισι καὶ ἀπνεύστοισι λοετροῖς.
Baptizare ſine igne, leui ſine flaminis aurâ.)

Ioannes ſolum dixerat, βαπτίζειν ἐν ὕδατι. Poëta baptiſmum Ioannis è regione baptiſmo Chriſti opponit. Ioannes enim ſine igne & ſpiritu, at Chriſtus.

Ἐν πυρὶ βαπτίζων καὶ πνεύματι.
Igneque baptiſans & flamine.

132 Ἅρματος ὑψιπόροιο μετάρσιον ἡνιοχῆα.
Qui regit altigradi currus ſublimis habenas.

Non abſimile eſt illud Pſalmi 17. *Et adſcendit ſuper Cherubin & volauit, volauit ſuper pennas ventorum.* Ezechiel c. 10. verſu 18. *Et egreſſa eſt gloria Domini à limine templi, & ſtetit ſuper Cherubim.* cap. 11. v. 22. *Et eleuauerunt Cherubim alas ſuas, & rotas cum eis, & gloria Dei Iſrael erat ſuper ea.* ἔνθεν ὁρμώμενος, vt Iuſtini Martyris, verbis vtar cohortatione ad Græcos, ὁ μεγαλόφωνος Πλάτων μετὰ πολλῆς παῤῥησίας βοᾷ λέγων Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν καὶ δαιμόνων, καθ' ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη, μένει δὲ Ἑστία ἐν τῷ οἴκῳ μόνη. τῶν δ' ἄλλων ὅσοι ἐν τῷ τῶν δώδεκα ἀριθμῷ τεταγμένοι θεοὶ ἄρχοντες ἡγοῦνται κατὰ τάξιν, ἣν ἕκαστος

ἐπάγθη. *Inde incitatus magniloquus Plato, cum multa dicendi libertate, exclamat, dicens, Magnus Dux in cælo Iupiter alatum currum agitans, proficiſcitur cuncta componens, & omnium curam gerens, ſequitur Deorum & Dæmonum exercitus in partes vndecim deſcriptus. Sola verò domi manet Veſta, aliorum autem qui illo duodenario principum Deorum numero continentur, ſinguli eo imperant ordine, quo ſunt conſtituti.* Hæc è Platonis Phædro deprompta paulò fuſiùs proferre libuit, quàm à Iuſtino proferantur.

142 Ῥαββὶν ὁ καλέουσι) numeri ratio poſtulat, vt legamus Ῥαββὶν ὅ περ καλέουσι.

155 Σύγγονον ἰχθυόεντος ἐρευνητῆρα θαλάσσης.) Auſonius in Moſella,

Scrutatur toto populatrix turba profundo.

Statius in Thebaide,

Vixerat ille diu pauper ſcrutator aquarum.

173 Καὶ εἰσέτι θερμὸς ἀκούων
Οὔασι μῦθον ἔδεκτο καὶ ἴχνεσιν ἔφθασε φωνήν.
Ille vaporatâ verbum vix feruidus aure
Hauſerat, & dicto citiùs veſtigia torſit.

Hęc de ſuo addidit: de ſuo, inquam, quæ fortaſſe vix conſentiunt hiſtoricę veritati. nam Clemens Alexandrinus 2. ſtromatum, Philippum eum fuiſſe tradit, qui vocanti Chriſto ſe non ſtatim præbuerit dicto audientem, ſed differre voluerit, quoad patrē ſuum ſepeliſſet. Eius verba ſunt. Κἂν συγχέωνται τῇ τοῦ κυρίου φωνῇ, λέγοντος τῷ φιλίππῳ, Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς, σὺ δ' ἀκολούθει μοι. *Etſi Domini voce ſimul vtantur dicentis Philippo; Relinque mortuos ſepelire mortuos ſuos, tu me ſequere.*

178 Εὑρὼν εὐπετάλοιο κάτω δρυός. *Inueniens frondente ſub ilice.*) Tamen verſu 195.

Πρὶν καλέσαι σε Φίλιππον ὑπὸ σκιοειδέϊ συκῇ,
Ἔδρακον ὑψικόμοισι παρευδιάοντα κορύμβοις.
Ante ſub vmbroſâ ficu quam te ipſe Philippus
Acciret, vidi patulo ſub tegmine rami.

Nec mirum : ſi quidem Græci nomen δρυὸς pro quauis arbore, & quouis ligno frequenter vſurpant, vnde & Poëta neſcio quis δρῦν οἰνοχίτωνα vitem appellat.

190 Ἀγκύλα μήδεα.) Sic Homero & Heſiodo frequenter Κρόνος ἀγκυλομήτης.

199 Θαύματι πρὸς μέτωπα θεουδέϊ χειρὶ πατάξας.) Qui alicui iudicio conſenſum præbent, frontem percutiunt, quaſi iudicium è fronte citare videantur. nam vt ait Latinus Pacatus in panegyrico. *In ſpeculo frontium imago extat animorum.* Vnde & Quintus Cicero *frontem animi ianuam*, eleganter appellat, & philoſophorum plerique iudicium, quod Principale & ἡγεμονικὸν appellant, vel in fronte, vel non procul à fronte ſedem habere voluerunt, à quibus Tertullianus libro de anima ita diſſidet, vt tamen hanc ſententiam,

Tutari numerum iunctaſque vmbone phalanges,

non obſcurè teſtetur, cùm ait. *Neque per totum corpus ventilari ſecundum Moſchionem, neque in capite concludi ſecundum Platonem, neque in verticepræſidere ſecundum Xenocratem, neque in cerebro cubare ſecundum Hippocratem, ſed nec circa cerebri fundamentum vt Herophilus, nec in membranulis vt Strato & Eraſiſtratus, nec in ſuperciliorum meditullio, vt Strato Phyſicus*, voluerunt.

Verſu 211. Ἀθνήτων κεντώρων.) Quid eſt hoc

quæſo inuiſibilibus cauitatibus? Dici poſſet nomine cauitatum ſpiritales naturas intelligi. 6. Æneidos.

Et ni docta comes tenues ſine corpore vitas
Admoneat volitare cauâ ſub imagine formæ.

Ob quam formarum ſpiritualium cauitatem dictum,

Pérque domos Ditis vacuas & inania regna.

Sed durior eſt iſta locutio, quæ apud Maronem pulcherrima.

Quid ſi legebat interpres ἀθηήτων πετεηνῶν? i. volucribus, aligeris, angelis. Sed nihil muto: ſic enim commodiſſimè poterit explicari,

Πεπταμένων στεφανηδὸν ἀθηήτων κενεώνων.
Expanſis in orbem non ante ſpectatis cauitatibus.

Vt nomine κενεώνων cœli hiatum, & chaſma factum intelligat, quod, interprete Seruio Virgilius his verbis expreſſit,

--Video medium diſcedere cœlum.

Vel vt ille legit, *diſcindere*: ſic noſter alibi Domini crucifixi, manus πεπταμένας ἑκάτερθεν, *hinc inde diſpeſſas appellat*, à πετάννυμι, aperio, expando. Suidas πέπταται, ἥπλωται, *expanditur*, *explicatur*.

IN CAPVT II.

1 Θαλαμηπόλος. *Nuptiali thalamo adminiſtrans.*) Sic ipſe ſua Dionyſiaca auſpicatur.

Εἰπὲ θεὰ Κρονίδαο διάκτορον ἄσθμα κεραυνοῦ,
Καὶ στεροπὴν Σεμέλης θαλαμηπόλον.

Dic mihi, Muſa, Ioui famulantem fulminis ignem,
Et fulgur Semelæ thalamis genialibus auſpex.

2 Ἀεξιφύτου Γαλιλαίης.) Ioſephus 3. de excidio c. 4. de Galilæa, πιών τε πᾶσα καὶ εὔβοτος καὶ δένδρεσι παντοίοις κατάφυτος. *Pinguis eſt tota, & paſcua, & arboribus omnimodis conſita.* vide plura, cuius rei indicio eſt, ruta illa machærontica, (fuit autem Machærus in finibus Galilææ) de qua idem lib. 7. c. 22. συκῆς γὰρ οὐδεμιᾶς ὕψους καὶ πάχους ὑπελίπετο. *Nulli ficus vel altitudine, vel craſſitudine cedebat.*

8 Παρθενικὴ χριστοῖο θεητόκος ἵκετο μήτηρ.)

Contra Tertulliani & aliorum errorem, qui Deiparam poſt partum Virginem negabant. Ille de carne Chriſti, *Virgo quantum à viro, non virgo quantum à partu*, &, *vtique magis non virgo dicenda eſt, quàm virgo.* Quid ais bone Tertulliane? Οἶδα, καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα μυθήσασθαι.

Quanto rectius hic qui nil molitur ineptè?

Παιδοτόκος, φυγόδεμνος, ἀεὶ μεθέπουσα κορείην.

Accedit refutatio Neſtorij, qui Dei matrem negabat θεοτόκον eſſe dicendam.

9 Ἀχράντῳ παλάμῃ γαμίης ψαύουσα τραπέζης.
Virgo manu pura genialē attingere mēſam Venerat.) Dionyſiacῶn libro 2. ſub finem.

Τί φίλτερον ἄλλο νοήσεις
Ἢ μακάρων βασιλῆα τεῆς ψαύοντα τραπέζης;
Quid amicius optes?
Dignatur Deus ipſe tuas attingere menſas.

Quem loquendi modum iiſdem verbis vſurpat lib. 5. verſu 120. lib. 8. verſu 417. libro 39. verſu 70.

22 Οὔπω μοι πυμάτης δρόμος ἤλυθε κυκλάδος ὥρης.
Extremæ nondum curſus mihi labitur horæ.)

Quaſi diceret, quid me cogis horam præuenire? ingens enim illud miraculum conuerſionis ſubſtantiæ in aliam ſubſtantiam, ad extremam illam horam reſeruatur, qua panem & vinum in corpus & ſanguinem meum conuertam. Plerique omnes Patres extremum quidem illud paſſionis tempus intelligunt, ſed ita exponunt. *Nunc in faciendis miraculis quæ tanquam Deus facio, te matrem non agnoſco, nec mihi quicquam tecum commune eſt: veniet paſſionis tempus cùm te matrem recognoſcam, cùm id patietur, quod à te accepi.* vide Maldonatum.

34 Ἐπέστεφε χεῖλος ἐέρσῃ.
Rore coronatur labrum.)

Homerus I. Iliados:

Κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.

Quod Virgilius ita reddit.

Crateras magnos ſtatuunt & vina coronant.

Notant interpretes *coronare vinum*, non idem eſſe atque vino & pateris coronam è floribus contextam imponere, ſed ita pateras ad ſummum labrum implere, vt parua corona relinqui videatur.

5 Βαρυνομένων δὲ καρήνων.) Dionyſ. 47. ποτῷ δὲ βαρύνετο κόρσην. *Caput vero vino grauabatur.* Athenæus I. dipnoſophiſton, Ἀριστοτέλης δέ φησιν ὅτι οἱ μὲν ἀπ' οἴνου μεθυσθέντες ἐπὶ πρόσωπον φέρονται. οἱ δὲ τὸν κρίθινον πεπωκότες ἐξυπτιάζονται τὴν κεφαλήν. ὁ μὲν γὰρ οἶνος καρηβαρικός. ὁ δὲ κρίθινος καρωτικός. *Ariſtoteles ait eos qui vino inebriantur, in caput pronos deuolui. qui potu hordeaceo, ſupinos. vinum enim caput degrauat. ceruiſia torporem inducit.* Locum apud Ariſtotelem non inueni. & ſanè hanc ex-

perientiam Monſinus & Cachetus, vterque Sereniſſimi Lotharingiæ Ducis Medicus doctiſſimus, negant problemate 8. Pandoræ Bacchicæ. immò Homerus, quod ijdem me docuerunt, Polyphemum vino ſopitum in dorſum procumbentem facit.

---ἀνακλινθεὶς πέσεν ὕπτιος.

---ſupino procubuit lapſu.

37 ἔπλεεν αὔρη.) Lege ἔπνεεν, & ſic verto.

Aquæ in merum mutatæ vinoſa ſpirabat aura.

89 Θεοῦ) lege, Τεοῦ.

IN CAPVT III.

1 ΓΟοπλανέων φαεινῶν.) Legerim γεωπλανέων (*circuitis mare & aridam.*) Vel γοοπλανέες dicti ſunt, quod *exterminarent facies ſuas*, & ipſo corporis habitu luctum oſtenderent.

19 Καὶ κεράσας.) An γελάσας? neque enim libenter voces θαύματι φωνὴν cum verbo κεράσας conſtruxerim; nam nec αὐήρυγε dici poteſt abſolutè, & 7. Dionyſ. ita loquitur.

Νηϊὰς ἀκρήδεμνος ἀνήρυγε θαύματι φωνήν.

Neias abſque peplo vocem mirata profudit,
quamuis idem libro 4. dixerit,

Ἐκεράσατο θαύματι φωνὴν,

Voci admiratio mixta. & infra capite nono.

Καὶ γενέτης ἀλαοῖο κεράσσατο θαύματι φωνήν.

Et pater cæci miſcuit admirationi vocem.

35 *Πνεύματος αὐτογόνοιο μέλει καθαρεῖο λοετροῦ.*

Verſus videtur ſpurius: nam & inſolens eſt repetio : nec arridet quod Spiritum à Patre & Filio procedentem , *αὐτόγονον*, *per ſe* vel *ex ſe genitum* dixit . Quare ſic emendo,

--τὸ δὲ θεῖον, ὅπερ καθαρεῖο λοετροῦ
Πνεύματος αὐτογονῆος ἕλει, καθαρεῖο λοετροῦ
Πνεῦμα πέλει ζωαρκὲς, &c.

--Diuinum verò illud, quod è puro lauacro
Spiritus per ſe generantis (aliquid) accipit, è puro lauacro
Spiritus eſt vitalis, &c.

Vt Spiritum per ſe generantem appellet, quia homines ſua virtute regenerat in baptiſmate.

47 *Σερφάλιγγι κονίης.*) Videtur ad primam hominis creationem alludere, nam Geneſis cap. 2. verſu vbi noſter interpres habet cap. 2. verſu 7. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*, Legitur àpud 70. interpretes, *καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. Et formauit Deus hominem accipiens puluerem de terra.* Legitur in textu Hebraico, *Formauit quoque Dominus Deus hominem* עָפָר. מִן־הָאֲדָמָה *puluerem de terra.* Noſter cap. 9. verſu 33. & puluerem & limum agnouit.

Ὀφθαλμοὺς τελέων νεοτευχέας ἠθάδι πηλῷ
Ἐκ χοὸς ἀνδρογόνοιο.

--Solitoque recentes
Effingens oculos limo, quo puluere primum
Eſt formatus homo.

Neque enim aliud eſt limum, quàm puluis aquâ ſubactus, & humigatus.

79 *Εὐρυγένειος αἰών.*) Sic *αἰὼν* libro 7. Dionyſ.

verſu 23. deſcribitur, *ἱκεσίης ὀρέγων κεχαλασμένον ὁλκὸν ὑπήνης.*

Supplicis extendens paſſæ longa agmina barbæ.

Et paulò antè,

Πετάσσας ἐπιγουνίδα λευκάδα χαίτην.

Canitiem expandens genuum tenus.

Vide caput 6. infrà duobus locis, quod ideo protuli ne interpretareris εὐρυγένειος, *latam generationem habens*, cum latino interprete.

115 Ηδὲ, lege, ἰῶδέ.

IN CAPVT IV.

6 Ὑψιθέμεθλον.) Quia nimirum Iudęa excelſior quàm Galilæa, aut Samaria, Hieroſolyma præſertim, *περαΐσχουσα τῆς περιοίκου πάσης, ὥσπερ ἡ κεφαλὴ σώματος, quæ vt caput corpori ſupereminet, & ita ſupra vicinas omnes Regiones attollitur;* vnde Pſalmus. *Fundamenta eius in montibus ſanctis.*

11 Γαίης μεσσατίης.) Ioſephus ibidem. *ἡ δὲ Σαμαρεῖτις χώρα μέση μὲν Ἰουδαίας ἐστὶ καὶ τῆς Γαλιλαίας. Samaritana Regio inter Iudæam ſita & Galilæam.* Quod autem εὔυδρον Samariam appellat, non eſt quod putes eam multis fontibus irrigari. Ioſephus vbi ſuprà. *προσάρδεται γοῦν οὐδαμοῦ μὲν φύσει δαψιλὲς, ὕονται δὲ τὸ πλέον. γλυκὺ δὲ νᾶμα πᾶν διαφόρως ἐν αὐταῖς, καὶ διὰ πλῆθος πόας ἀγαθῆς τὰ κτήνη πλέον, ἢ παρ' ἄλλοις γαλακτοφόρα. Nuſpiam copioſis fontium riuis, ſed vt plurimum imbribus irrigantur, at in iis tractibus omnis liquor eſt longe dul-*

ciſſimus, & præ herbarum abundantiâ pecudes in ijs locis magis quàm vſpiam copia lactis redundant.

30 Μεσάτῃ παρὰ νύσσῃ

Οὐρανὸν ἱππεύουσαν ἰδὼν ὁπποδόρπιον ὥρην.

Medio iam tramite cœli

Aptam epulis equitare videns genialibus horã.)

Noſter cap. 8.

χρονίῃ παρὰ νύσσῃ.

Ἱππεύων ἀλίχητος ἑλίσσεται ἔμπεδος αἰών.

--Equitans dum voluitur æuum

Temporis ad metam, non veſtigabile, firmum.

Et 40. Dionyſ. Bacchus Herculem Tyrium ſiue ſolem ita compellat 136.

Ἱππεύων ἑλικηδὸν ὅλον πόλον αἴθοπι δίσκῳ

Υἷα χρόνου λυκάβαντα δυωδεκάμηνον ἑλίσσων

Κύκλον ἄγεις μετὰ κύκλον.

Cœlum equitans diſco ardenti, flexuque citato

Tempore progenitum duodenis menſibus annum

Voluens agglomeras renouatos orbibus orbes.

57 Πεδοτρόφες) lege Πεδοτρεφές.

57 Ὄρκιον ὕδωρ.) quædam exempla habent ἄρκιον: *ſufficientem*. Malim ὅρκιον: *iuramento ſancitam*. Quia nimirum agrum illum emerat Iacob. & hanc emptionem iuramento ſanciuerat. Geneſis 33 19. *Emitque partẽ agri in qua fixerat tabernacula, à filijs Hemor patris Sichem, centum agnis.* quæ quomodo conſentiant ijs quæ dicuntur cap. 48. verſu 22. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* vide Marianam, Serarium, Cornelium, & alios Interpretes.

94 Μάρτυρον ἱκεσίης κυρτούμενον αὐχένα κάμπτειν.

Supplicij

Supplicij teſtem ceruicem inflectere terræ.)

Paulò pòſt,

Αὐχένα δοχμωθέντα καθελκομένοιο καρήνου.

Obſtipum caput & tereti ceruice reflexum.

Quos duos loquendi modos Dionyſiacon 7. iiſdem pene verbis vnum in locum congeſſerat.

Εἶχε λίτας. δαπέδῳ ᾗ καθελκομένοιο καρήνου,

Εκταδίην ἔθλιψε ῥάχιν κυρτούμενος αὐχήν.

Orabat, pronoque ſolum ſic vertice tangit,

Vt dorſi ſpinam ceruix inflexa fatiget.

98 Εὐσεβίης ὀχετηγός.) Et hic loquendi modus ei familiaris, vt eodem libro,

Ἄστατον ὄμμα φέρων γαμίης ὀχετηγὸν ἀνάγκης.

Voluitur huc illuc oculus deductor amorum.

& lib. 42. verſu 43.

Θάμβος ἔχων ὀχετηγὸν ἐς ἵμερον. ἀρχομένῳ δὲ

Οφθαλμὸς προκέλευθος ἐγίνετο πορθμὸς ἐρώτων.

Admirationem habens deductricem in amorem.

Incipienti verò

Oculus præambulus erat traiectus amorum.

133 Οὐδέ μιν εἴρετο Πέτρος.) Cur Petrum appellat, cùm eius Euangeliſta mentionem non fecerit? An quia cæteris audacior? ἅτε θρασύς. Sic videtur. Sed vnde hanc ei tribuit fiduciam, niſi quia præ cæteris eius prærogatiuam agnouerat?

146 Κύματα λαῶν.) Virgilianum,

--foribus domus alta ſuperbis.

Mane ſalutantum totis vomit ædibus vndam.

Statius,

Foribuſque emiſſa ſuperbis

Vnda fremit vulgi.

Homerus 2. Iliados,

Κινήθη δ' ἀγορὴ ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης.

Concio commota eſt magna velut æquoris vnda.

Iuuenalis ſat. 3.

--nobis properantibus obſtat

Vnda prior: magno populus premit agmine lumbos.

171 Θαλύσια.) Heſychius ait eſſe, θαλύσια τὰς μετὰ συλλογὴν τῶν καρπῶν διδομένας θεῷ ἀπαρχὰς, ὑφ᾽ τὸ καὶ εἰσέπειτα θάλλειν τὰς ἀρούρας. *Primitias quæ poſt frugum perceptionem Deo offeruntur, vt deinceps terræ magis vireſcant.* Vide Theocritum, & eius interpretem Idyllio 7. Homerum Iliados 1. & alios. hinc Ceres à noſtro θαλυσιὰς alicubi nominatur.

174 Ἄλλος ἀροτρεύει σπόρον ὄμπνιον αὔλακι νείφων.

Alter arat ſpargens fœcunnaũ grãdinis inſtar Semẽ.) ὄμπνιον Cereale. ſic paſſim à Poëtis Ceres ὀμπνία μύτης nominatur. vnum exemplum è noſtro ſuffecerit. Dionyſ. 6. verſu 13. Item lib. 40. verſu 35. cùm paulò antè dixiſſet, θαλύσιας ἐνθάδε Δηώ. ſubiecit 355.

Ὀμπνια μαστίζουσα μετάρσια νῶτα δρακόντων.

Alta ſecans flagris cerealia terga draconum. (μὴν ὁ.

198 Προφήτης Οὐ δυνάται περίπυστον ἔχειν ἐνὶ πατρίδι π-*Propheta Nobilis haud vnquam patrijs celebratur in oris.*) Simile illud Apollonij Tyanei epiſtola ad Heſtyæum fratrem. τί θαυμαστὸν εἰ με τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἰσόθεον ἡγουμένων, τινῶν δὲ καὶ θεὸν, μόνη μέχρι νῦν ἡ πατρὶς ἀγνοεῖ. *Quid mirum, ſi me cæteris mortalibus æqualem Deo putantibus, quibuſdam etiam Deum, ſola hactenus patris non agnoſcit?* Hunc fortaſſe Ioannis locum ille ſpectauit, vt etiam hac in re Chriſto ſe conferret, cuius ad æmulationem Euangeliſtarum vitam ſcripſit κακαγγελίστης Philoſtratus, ſanctitatem Soſimus infenſiſſimus

Chriſto miratus eſt, præſtigias Hieroclis cum Chriſti miraculis comparauit, vt Euſebius teſtatur libro aduerſus eundem Hieroclem.

203 Ἱερῆς ὅτε κῶμον ἑορτῆς μητέρες εὐσεβίης
θιασώδεες ἤγαγον ὥρει.)

Caput 6.

Ἀλλ' ὅτε λοίσθιον ἦλθε χορεστάδος ἦμαρ ἑορτῆς.
quia nimirum in feſtiuitatibus ſaltirabant, noſter Thiaſum ait. Catullus, *cum thiaſo ſatyrorum*, thiaſus ſaltatio bacchica: & Nonnus in ſcribendis Dionyſiacis diu verſatus, huiuſmodi locutiones libenter vſurpat. ſic paſſim videbis, κῶμος ἑορτῆς, αὐευάζειν, & alias eiuſmodi.

IN CAPVT V.

1 Ὅπη δόμος αἰθέρι γείτων
Χιονέην ἀμάρυσσε λίθων ἑτερόχροον αἴγλην.
Vbi domus aſtra laceſſens.
Spargebat niueum lapidum variata nitorem.)

Textus habet, *Et adſcendit Ieſus Hieroſolymam.* Poëta ciuitatis etiam partem deſcribit, ad quam Chriſtus acceſſerat. Eam autem ſuperioris ciuitatis partem intelligit, vt opinor, vbi erant Herodis regia, domus Cæſarea & Agrippina, turris Antonia, turris Hippica, Phaſaelia, & Mariamnæ. Quod autem Regia in vrbe ſuperiore fuerit, liquet ex Ioſepho libro 1. de excidio c. 16. τόγε μὴν ἑαυτοῦ βασιλείων κατὰ τὴν ἄνω δειμάμενος πόλιν. *Cùm ſuam regiam in vrbe ſuperiore excitaſſet.* Cui vicinæ fuerunt turres ſupradictæ, vt innuit idem l. 5. c. 13. ἀπὸ μὲν τῆς Ἀντωνίας ἤρξατο τὸ πῦρ μετίζα

quæſo inuiſibilibus cauitatibus? Dici poſſet nomine cauitatum ſpiritales naturas intelligi. 6. Æneidos.

Et ni docta comes tenues ſine corpore vitas
Admoneat volitare cauâ ſub imagine formæ.

Ob quam formarum ſpiritualium cauitatem dictum,

Pérque domos Ditis vacuas & inania regna.

Sed durior eſt iſta locutio, quæ apud Maronem pulcherrima.

Quid ſi legebat interpres ἀθηήτων πετεινῶν? i. volucribus, aligeris, angelis. Sed nihil muto: ſic enim commodiſſimè poterit explicari,

Πεπταμένων σφαιρηδὸν ἀθηήτων κενεώνων.
Expanſis in orbem non ante ſpectatis cauitatibus.

Vt nomine κενεώνων cœli hiatum, & chaſma factum intelligat, quod, interprete Seruio Virgilius his verbis expreſſit,

--Video medium diſcedere cœlum.

Vel vt ille legit, *diſcindere*: ſic noſter alibi Domini crucifixi, manus πεπταμένας ἑκάτερθεν, *hinc inde diſpeſſas appellat*, à πετάννυμι, aperio, expando. Suidas πέπταται, ἥπλωται, *expanditur*, *explicatur.*

IN CAPVT II.

1 Θαλαμηπόλος. *Nuptiali thalamo admoniſtrans.*) Sic ipſe ſua Dionyſiaca auſpicatur.

Εἰπὲ θεὰ Κρονίδαο διάκτορον ἄσθμα κεραυνοῦ,
Καὶ στεροπὴν Σεμέλης θαλαμηπόλον.

Dic mihi, Muſa, Ioui famulantem fulminis ignem,
Et fulgur Semelæ thalamis genialibus auſpex.

2 Ἀεξιφύτε Γαλιλαίης.) Ioſephus 3. de excidio c. 4. de Galilæa, πᾶσα πίων τε καὶ εὔβοτος καὶ δένδρεσι παντοίοις κατάφυτος. *Pinguis eſt tota, & paſcua, & arboribus omnimodis conſita.* vide plura, cuius rei indicio eſt, ruta illa machærontica, (fuit autem Machærus in finibus Galilææ) de qua idem lib. 7. c. 22. συκῆς γὰρ οὐδεμιᾶς ὕψει καὶ πάχει ὑπελίπετο. *Nulli ficus vel altitudine, vel craſſitudine cedebat.*

8 Παρθενικὴ χείρεσσι θεητόκος ἵκετο μήτηρ.)

Contra Tertulliani & aliorum errorem, qui Deiparam poſt partum Virginem negabant. Ille de carne Chriſti, *Virgo quantum à viro, non virgo quantum à partu*, &, *utique magis non virgo dicenda eſt, quàm virgo.* Quid ais bone Tertulliane? Οἶδα, καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα μυθήσασθαι.

Quanto rectius hic qui nil molitur ineptè?

Παιδοτόκος, φυγόδεμνος, ἀεὶ μεθέπουσα κορείην.

Accedit refutatio Neſtorij, qui Dei matrem negabat θεοτόκον eſſe dicendam.

9 Ἀχράντῳ παλάμῃ γαμίης ψαύουσα τραπέζης.
Virgo manu pura genialē attingere mēſam Venerat.)
Dionyſiacῶn libro 2. ſub finem.

Τί φίλτερον ἄλλο νοήσεις
Ἢ μακάρων βασιλῆα τεῆς ψαύοντα τραπέζης;
Quid amicius optes?
Dignatur Deus ipſe tuas attingere menſas.

Quem loquendi modum iiſdem verbis vſurpat lib. 5. verſu 120. lib. 8. verſu 417. libro 39. verſu 70.

22 Οὔπω μοι πυμάτης δρόμος ἤλυθε κυκλάδος ὥρης.
Extremæ nondum curſus mihi labitur horæ.)

Quaſi diceret, quid me cogis horam præuenire? ingens enim illud miraculum conuerſionis ſubſtantiæ in aliam ſubſtantiam, ad extremam illam horam reſeruatur, qua panem & vinum in corpus & ſanguinem meum conuertam. Plerique omnes Patres extremum quidem illud paſſionis tempus intelligunt, ſed ita exponunt. *Nunc in faciendis miraculis quæ tanquam Deus facio, te matrem non agnoſco, nec mihi quicquam tecum commune eſt: veniet paßionis tempus cùm te matrem recognoſcam, cùm id patietur, quod à te accepi.* vide Maldonatum.

34 Ἐπέστεφε χεῖλος ἐέρσῃ.

Rore coronatur labrum.) Homerus 1. Iliados:

Κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.

Quod Virgilius ita reddit.

Crateras magnos ſtatuunt & vina coronant.

Notant interpretes *coronare vinum*, non idem eſſe atque vino & pateris coronam è floribus contextam imponere, ſed ita pateras ad ſummum labrum implere, vt parua corona relinqui videatur.

5 Βαρυνομένων δὲ καρήνων.) Dionyſ. 47. ποτῷ δὲ βαρύνετο κόρσην. *Caput vero vino grauabatur.* Athenæus 1. dipnoſophiſton, Ἀριστοτέλης δέ φησιν ὅτι οἱ μὲν ἀπ' οἴνου μεθυσθέντες ἐπὶ πρόσωπον φέρονται. οἱ δὲ τὸν κρίθινον πεπωκότες ἐξυπτιάζονται τὴν κεφαλήν. ὁ μὲν γὰρ οἶνος καρηβαρικός. ὁ δὲ κρίθινος καρωτικός. *Ariſtoteles ait eos qui vino inebriantur, in caput pronos deuolui. qui potu hordeaceo, ſupinos. vinum enim caput degrauat. ceruiſia torporem inducit.* Locum apud Ariſtotelem non inueni. & ſanè hanc ex-

perientiam Monſinus & Cachetus, vterque Sereniſſimi Lotharingiæ Ducis Medicus doctiſſimus, negant problemate 8. Pandoræ Bacchicæ. immò Homerus, quod ijdem me docuerunt, Polyphemum vino ſopitum in dorſum procumbentem facit.

---ἀνακλινθεὶς πέσεν ὕπτιος.

---ſupino procubuit lapſu.

37 ἔπλεεν αὔρη.) Lege ἔπνεεν, & ſic verto.

Aquæ in merum mutatæ vinoſa ſpirabat aura.

89 Θεοῦ) lege, Τεοῦ.

IN CAPVT III.

1 ΓΟοπλανέων φαεινῶν.) Legerim γυιοπλανέων (*circuitis mare & aridam.*) Vel γοοπλανέες dicti ſunt, quod *exterminarent facies ſuas*, & ipſo corporis habitu luctum oſtenderent.

19 Καὶ κεράσας.) An γελάσας? neque enim libenter voces θαύματι φωνὴν cum verbo κεράσας conſtruxerim; nam nec ἀνήρυγε dici poteſt abſolutè, & 7. Dionyſ. ita loquitur.

Νηϊὰς ἀκρήδεμνος ἀνήρυγε θαύματι φωνήν.

Neias abſque peplo vocem mirata profudit, quamuis idem libro 4. dixerit,

Ἐκεράσατο θαύματι φωνήν,

Voci admiratio mixta. & infra capite nono.

Καὶ γενέτης ἀλαοῖο κεράσσατο θαύματι φωνήν.

Et pater cæci miſcuit admirationi vocem.

35 *Πνεύματος αὐτογόνοιο μέλει καθαρείο λοετροῦ.*

Verſus videtur ſpurius: nam & inſolens eſt repetio : nec arridet quod Spiritum à Patre & Filio procedentem , *αὐτόγονον* , *per ſe* vel *ex ſe genitum* dixit . Quare ſic emendo,

--τὸ δὲ θεῖον, ὅπερ καθαρείο λοετροῦ
Πνεύματος αὐτογονῆος ἕλει, καθαρείο λοετροῦ
Πνεῦμα πέλει ζωαρκὲς, &c.

--Diuinum verò illud, quod è puro lauacro
Spiritus per ſe generantis (aliquid) accipit, è puro lauacro
Spiritus eſt vitalis , &c.

Vt Spiritum per ſe generantem appellet, quia homines ſua virtute regenerat in baptiſmate.

47 *Στροφάλιγγι κονίης.*) Videtur ad primam hominis creationem alludere , nam Geneſis cap .2. verſu vbi noſter interpres habet cap. 2. verſu 7. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ* , Legitur àpud 70. interpretes, *καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. Et formauit Deus hominem accipiens puluerem de terra.* Legitur in textu Hebraico , *Formauit quoque Dominus Deus hominem* עָפָר מִן־הָאֲדָמָה *puluerem de terra.* Noſter cap. 9. verſu 33. & puluerem & limum agnouit.

Ὀφθαλμοὺς τελέων νεοτευχέας ἠθάδι πηλῷ
Ἐκ χοὸς ἀνδρογόνοιο.

--Solitoque recentes
Effingens oculos limo , quo puluere primum
Eſt formatus homo.

Neque enim aliud eſt limum , quàm puluis aquâ ſubactus , & humigatus.

79 *Εὐρυγένειος αἰών.*) Sic *αἰὼν* libro 7. Dionyſ.

verſu 23. deſcribitur, *ἱκεσίης ὀρέγων κεχαλασμένον ὁλκὸν ὑπήνης.*

Supplicis extendens paſſæ longa agmina barbæ.

Et paulò antè,

Πετάσσας ἐπιγουνίδα λευκάδα χαίτην.

Canitiem expandens genuum tenus.

Vide caput 6. infrà duobus locis, quod ideo protuli ne interpretareris εὐρυγένειος, *latam generationem habens*, cum latino interprete.

115 Ἠδὲ, lege, ἰῶδέ.

IN CAPVT IV.

6 Ὑψιθέμεθλον.) Quia nimirum Iudęa excelſior quàm Galilæa, aut Samaria, Hieroſolyma præſertim, προανίσχουσα τῆς περιοίκου πάσης, ὥσπερ ἡ κεφαλὴ σώματος, *quæ vt caput corpori ſupereminet, & ita ſupra vicinas omnes Regiones attollitur,* vnde Pſalmus. *Fundamenta eius in montibus ſanctis.*

11 Γαίης μεσσατίης.) Ioſephus ibidem. ἡ δὲ Σαμαρεῖτις χώρα μέση μὲν Ἰουδαίας ἐστὶ καὶ τῆς Γαλιλαίας. *Samaritana Regio inter Iudæam ſita & Galilæam.* Quod autem εὔυδρον Samariam appellat, non eſt quod putes eam multis fontibus irrigari. Ioſephus vbi ſuprà. προσάρδεται γὰρ οὐδαμοῦ μὲν φύσει δαψιλὲς, ὕονται δὲ τὸ πλέον. γλυκὺ δὲ νᾶμα πᾶν διαφόρως ἐν αὐταῖς, καὶ διὰ πλῆθος πόας ἀγαθῆς τὰ κτήνη πλέον, ἢ παρ' ἄλλοις γαλακτοφόρα. *Nuſpiam copioſis fontium riuis, ſed vt plurimum imbribus irrigantur, at in iis tractibus omnis liquor eſt longe dul-*

ciſsimus, & præ herbarum abundantiâ pecudes in ijs locis magis quàm vſpiam copia lactis redundant.

30 Μεσάτη παρὰ νύσσῃ
Οὐρανὸν ἱππεύουσαν ἰδὼν ὀπιδόρπιον ὥρην.
Medio iam tramite cæli
Aptam epulis equitare videns genialibus horã.)

Noſter cap. 8.

χθονίῃ παρὰ νύσσῃ.
Ἱππεύων ἀλίγχετος ἑλίσσεται ἔμπεδος αἰών.
--Equitans dum voluitur æuum
Temporis ad metam, non veſtigabile, firmum.

Et 40. Dionyſ. Bacchus Herculem Tyrium ſiue ſolem ita compellat 136.

Ἱππεύων ἑλικηδὸν ὅλον πόλον αἴθοπι δίσκῳ
Υἷα χρόνου λυκάβαντα δυωδεκάμηνον ἑλίσσων
Κύκλον ἄγεις μετὰ κύκλον.
Cœlum equitans diſco ardenti, flexuque citato
Tempore progenitum duodenis menſibus annum
Voluens agglomeras renouatos orbibus orbes.

57 Πεδοτροφὲς) lege Πεδοτρεφὲς.

57 Ορκιον ὕδωρ.) quædam exempla habent ἄρκιον: *ſufficientem*. Malim ὅρκιον. *iuramento ſancitam*. Quia nimirum agrum illum emerat Iacob. & hanc emptionem iuramento ſanciuerat. Geneſis 33 19. *Emitque partẽ agri in qua fixerat tabernacula, à filijs Hemor patris Sichem, centum agnis.* quæ quomodo conſentiant ijs quæ dicuntur cap. 48. verſu 22. *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* vide Marianam, Serarium, Cornelium, & alios Interpretes.

94 Μάρτυρον ἱκεσίης κυρτούμενον αὐχένα κάμπτειν.

Supplicij

Supplicij teſtem ceruicem inflectere terra.)

Paulò poſt,

Αὐχένα δοχμωθέντα καθελκομένοιο καρήνου.
Obſtipum caput & tereti ceruice reflexum.

Quos duos loquendi modos Dionyſiacon 7. iiſdem pene verbis vnum in locum congeſſerat.

Εἶχε λίτας. δαπέδῳ δὲ καθελκομένοιο καρήνου,
Ἐκταδίην ἔθλιψε ῥάχιν κυρτούμενος αὐχήν.
Orabat, pronoque ſolum ſic vertice tangit,
Vt dorſi ſpinam ceruix inflexa fatiget.

98 Εὐσεβίης ὀχετηγός.) Et hic loquendi modus ei familiaris, vt eodem libro,

Ἄστατον ὄμμα φέρων γαμίης ὀχετηγὸν ἀνάγκης.
Voluitur huc illuc oculus deductor amorum.

& lib. 42. verſu 43.

Θάμβος ἔχων ὀχετηγὸν ἐς ἵμερον. ἀρχομένῳ δὲ
Ὀφθαλμὸς προκέλευθος ἐγίνετο πορθμὸς ἐρώτων.
Admirationem habens deductricem in amorem.
Incipienti verò
Oculus præambulus erat traiectus amorum.

133 Οὐδέ μιν εἴρετο Πέτρος.) Cur Petrum appellat, cùm eius Euangeliſta mentionem non fecerit? An quia cæteris audacior? ἅτε θρασύς. Sic videtur. Sed vnde hanc ei tribuit fiduciam, niſi quia præ cæteris eius prærogatiuam agnouerat?

146 Κύματα λαῶν.) Virgilianum,

--foribus domus alta ſuperbis.
Mane ſalutantum totis vomit ædibus vndam.

Statius,

Foribuſque emiſſa ſuperbis
Vnda fremit vulgi.

Homerus 2. Iliados,

Κινήθη δ' ἀγορὴ ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης.

Chriſto miratus eſt, præſtigias Hieroclis cum Chriſti miraculis comparauit, vt Euſebius teſtatur libro aduerſus eundem Hieroclem.

203 Ἱερῆς ὅτε κῶμον ἑορτῆς μυτῆρες ἰωσεβίης
Θιασώδεες ἤγαγον ὧραι.)

Caput 6.

Ἀλλ' ὅτε λοίσθιον ἦλθε χορεστάδος ἦμαρ ἑορτῆς.
quia nimirum in feſtiuitatibus ſaltitabant, noſter Thiaſum ait. Catullus, *cum thiaſo ſatyrorum*, thiaſus ſaltatio bacchica: & Nonnus in ſcribendis Dionyſiacis diu verſatus, huiuſmodi locutiones libenter vſurpat. ſic paſſim videbis, κῶμος ἑορτῆς, ἀνευάζειν, & alias eiuſmodi.

IN CAPVT V.

1 Ὅπη δόμος αἰθέρι γείτων
Χιονέην ἀμάρυσσε λίθων ἐπερεύχεον αἴγλην.
Vbi domus aſtra laceſſens.
Spargebat niueum lapidum variata nitorem.)

Textus habet, *Et adſcendit Ieſus Hieroſolymam.* Poëta ciuitátis etiam partem deſcribit, ad quam Chriſtus acceſſerat. Eam autem ſuperioris ciuitatis partem intelligit, vt opinor, vbi erant Herodis regia, domus Cæſarea & Agrippina, turris Antonia, turris Hippica, Phaſaelia, & Mariamnæ. Quod autem Regia in vrbe ſuperiore fuerit, liquet ex Ioſepho libro 1. de excidio c. 16. τό γε μὴν ἑαυτοῦ βασιλεῖον κατὰ τὴν ἄνω δειμάμενος πόλιν. *Cùm ſuam regiam in vrbe ſuperiore excitaſſet.* Cui vicinæ fuerunt turres ſupradictæ, vt innuit idem l. 5. c. 13. ἀπὸ μὲν τῆς Ἀντωνίας ἤρξατο τὸ πῦρ μετίζε

δ' ἐπὶ τὰ βασίλεια, καὶ τῶν τειῶν πύργων τὰς στέγας ἐπενεμήθη. *Ab Antonia cœpit incendium, & ad Regiam tranſiuit, & trium turrium tecta depaſtum eſt.* Et clarius paulò antè, κειμένοις δὲ πρὸς ἄρκτον αὐτοῖς ἔνδοθεν ἡ τοῦ βασιλέως αὐλὴ προσέζευκτο. *Iis ad Aquilonem ſitis interius Regia coniungebatur.* Quod autem ait αἰθέρι γείτων, tam alta fuit turris Hippica, ſiue equeſtris, ὡς τὸ πᾶν ὕψος, εἰς ὀγδοήκοντα πήχεις συναθροισθῆναι, *vt tota eius altitudo ad octoginta cubitos perueniret.* Phaſaëlis, πηχῶν δὴ τὸ πᾶν ὕψος ἐννενήκοντα. *Tota altitudo fuit nonaginta cubitorum.* Turris Mariamnes, τὸ πᾶν ὕψος πεντήκοντα, καὶ πέντε πηχῶν ἦν. *Cuius altitudo fuit quinquaginta & quinque cubitorum.* τηλικοῦτοι δὲ ὄντες οἱ τρεῖς τὸ μέγεθος πολὺ μείζονες ἐφαίνοντο διὰ τῶν τόπων, αὐτό τε γὰρ τὸ ἀρχαῖον τεῖχος, ἐν ᾧ ἦσαν ἐφ' ὑψηλῷ λόφῳ δεδόμητο, καὶ τοῦ λόφου, καθάπερ κορυφή τις ὑψηλοτέρα προσανεῖχεν εἰς τριάκοντα πήχεις, ὑπὲρ ἣν οἱ πύργοι κείμενοι πολὺ δή τι τοῦ μετεώρου προσελάμβανον. *Cùm tanta eſſet harum turrium altitudo, longe maiores propter ipſum loci ſitum apparebant, murus enim antiquus, in quo conſtructæ fuerant, in alto monte poſitus erat, & in ipſo monte quidam vertex faſtigiatus ad triginta cubitorum altitudinem eminebat, in cuius faſtigio poſitæ turres vacuo velut aere pendebant.* Iam propter periſtylia variis columnis diſtincta κιονέην αἴγλην columnarem ſplendorem appellat. Quod ſi χιονέην malis legere, id de tribus illis turribus intelligo. Ioſephus ibidem. λευκὴ δὲ μαρμάρου ἐτμήθη. καὶ τὸ μὲν μῆκος ἑκάστης πηχῶν ἦν εἴκοσι, δέκα δὲ τὸ εὖρος, καὶ βάθος πέντε. συνήνωντο δ' ἐπ' ἀλλήλοις ὡς δοκεῖν ἕκαστον πύργον μίαν εἶναι πέτραν, &c. οὕτως οὐδαμόθεν ἡ συνάφεια τῆς ἁρμονίας διεφαίνετο. *Candidum marmor ſectum erat, &*

ſingulorum lapidum longitudo viginti cubitos, latitudo decem, quinque profunditas continebat. Sic autem inter ſe commiſſi fuerant, vt ſingula turres è ſingulis lapidibus viderentur exciſæ, &c. adeò nulla commiſſura lapidum apparebat. Iam quod ait, ἐπεύχροον αἴγλῃ, id ad Regiam refero, vbi vt idem teſtatur, ἀδιήγητος μὲν ἡ ποικιλία τῶν λίθων ἦν, *inenarrabilis erat lapidum varietas.* Sequitur porticuum, & ni fallor ipſius piſcinæ probaticæ deſcriptio. περίσσα δὲ δι' ἀλλήλων ἐν κύκλῳ πολλά, καὶ στυλοὶ πρὸς ἑκάστῳ διάφοροι τάς γε μὴν τούτων ὕπαιθρα, πανταχοῦ χλοερά, καὶ ποικίλαι μὲν ὗλαι, μακροὶ δὲ δι' αὐτῶν περίπατοι, καὶ περὶ τούτους εὔριποι βαθεῖς, καὶ δεξαμεναί τε πολλαχοῦ χαλκουργημάτων περίπλεῳ, δι' ὧν τὸ ὕδωρ ἐξεχεῖτο, καὶ πολλοὶ περὶ τὰ νάματα πύργοι, πελειάδων ἡμέρων. *Multæ porticus alia per aliam in circulum flexæ, columnæque in ſingulis, & quæ inter eas ſub dio patebant ſpatia, cùm eſſent vtique viridariis ſiluiſque variata, tum prolixas ambulationes habebant, altis euripis cinctas, ciſternas vbique ſignorum æreorum plenas, quibus aqua effundebatur, multaſque circum latices manſuetarum turres columbarum.*

7 Ἅλμασιν αὐτομάτοισιν ἰδὼν ὀρχούμενον ὕδωρ.

Spōte ſua criſpis ſalientē motibus vndā Aſpiciēs.) paulò pòſt,

Πηγῆς θυάδος αὐτοέλικτον ἰδὼν κυρτούμενον ὕδωρ.

Fontis per ſeſe reuolutam vbi reſpicit vndam.

Sed quomodo ſua ſponte ſi quidem, vt ait Ioannes, Ἄγγελος κυρίου κατὰ καιρὸν κατέβαινε ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ. *Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam, & mouebatur aqua.* Crediderim Nonnum alia exempla præ manibus habuiſſe, quæ nullam facerent Angeli

mentionem, vel aquam αὐτοέλικτον appellat, quod inuiſibili quadam virtute non humanis artibus moueretur.

35 Ἐν εὐλαΐγγι δὲ νηῶ.) Ioſephus libro 5. excidij cap. 14. πέτραι δὲ τεσσαράκοντα πήχεις τὸ μέγεθος ἦσαν τοῦ δωμήματος. *In ædificio lapides erant quadraginta cubitorum.* Vt eos non immeritò diſcipuli Chriſto Domino mirantes oſtenderent.

61 Πάντες ἀεργηλοῖσιν ἐπέτρεπον ἔργον ἀκάνθαις.
Inſpinas operum vacuas miſere laborem.)
Id eſt, *liquerunt*: quemadmodum vernaculè dicimus, *letter le froc aux orties*. i. cucullum deponere.

IN CAPVT VI.

6 KΑὶ δαπέδου λοφόεντος ἐρημάδος πέζαν ὁδεύων.
Montanique iugi latè deſerta peragrans.)
Et elegantia locutionis & ipſa numeri ſuauitas nos admonet, vt legamus ἐρημάδα.

34 Παρὰ γείτονι τοίχῳ. *vicino pariete fultus.*) Non inuitis Muſis fortaſſe reponi poſſit παρὰ γείτονι χόρτῳ, facilè enim leui tranſpoſitione litterarum τοίχῳ pro χόρτῳ potuit irrepere. neque ſanè video quorſum in mediis pratis, & loco deſerto τοίχου ſiue parietis faciat mentionem. quanquam alibi vocem τοίχου pro quouis adminiculo per catachreſin vſurpat, lib. 33. Dionyſ. verſu 280.

Καί τις ἀερσιπόδης ἐκέκλιτο παρὰ γείτονι τοίχῳ
Ὄρθιον ὕπνον ἰαύων ὑπὸ δρυῒ νῶτον ἐρείσας.

Sublimiſque Elephas vicino pariete nixus
Ad quercum erecti carpebat munera ſomni.

61 Καὶ σκιόεις ὅτε κῶνος ἀνέδραμε γείτονος ὄρφνης.
Vicinæ poſtquam ſe ſuſtulit angulus vmbræ.)

Ab aſtrologis & opticis tracta locutio, qui vmbram terræ in conum & angulum dicunt exporrigi. Plutarchus opuſculo de maculis Lunæ, ἥτε σκιὰ τῆς γῆς ἐλάττων ὑπὸ μείζονος ἀνατείνει, καὶ τῆς σκιᾶς αὐτῆς λεπτὸν ὄντα ἄνω καὶ στενόν. οὐδὲ Ὅμηρον, &c. Locus videtur corruptus, libenter reſcripſerim: ἥτε σκιὰ τῆς γῆς εἰς ἔλαττον ὑπὸ μείζονος τοῦ φωτίζοντος ἀνατείνει, καὶ τὸ σκιᾶς αὐτῆς λεπτὸν ὂν τὰ ἄνω, καὶ στενὸν οὐδὲ Ὅμηρον, ὥς φασιν, ἔλαθεν, ἀλλὰ τὴν νύκτα θοὴν ὀξύτητι τῆς σκιᾶς προσηγόρευσεν. *Et vmbra terræ in anguſtum à maiore illuminante porrigitur: neque verò vt ferunt, vmbræ ipſius ſuperiores partes anguſtas & tenues eſſe Homerus ignorauit, qui noctem acutam ab vmbræ acumine nominauit.* Hæc Plutarchus. Noſter cap. 8. σκιοειδέα κῶνον ὁμίχλης.

64 Ἁλίδρομον ἅρμα θαλάσσης.) Noſter 4. Dionyſiacon,

Δουρoπαγὲς πόμπευε δι' οἴδματος ἅρμα θαλάσσης.
Compactus ligno currus maris æquore fertur.

Et libro 1. nauem cum aratro confert oppido eleganter,

Ναυτίλος ἀγρονόμος, πλόος αὔλακες, ὁλκὰς ἐχέτλη.
Nauta agricola, nauigatio ſulci, nauis ſtiua.

Catullus de nuptiis Pelei & Thetidos.

Pinea coniungens inflexæ texta carinæ
Ipſa leui fecit volitantem flamine currum.

67 Ποικιλόνωτον.) Aduerte ſublime & elegans genus loquendi. Claudianus *Stellantes nox picta ſinus*. Sed ille ſiderum ſplendo-

Hanc ob rem emergit, ſubito ceu mentis acumen.

& noſter cap. 2.

Ὡς πτερὸν ἠὲ νόημα μετάρσιος εἰς μέσον ἔστη.

In medio velut ala ſtetit, ſeu mentis acumen.

Claudianus 2. de raptu:

--torrentius amne

Hiberno, tortáque ruunt pernicius haſta.

Quantum non iaculum Parthi, non impetus Auſtri,

Non leue ſollicita mentis diſcurrit acumen.

84 Ἀλλ' ὅτε πορφυρέων.) ſuprà.

--ἀλλ' ὅτε πέτρας

Πορφυρέας τετάτη θαλαμηπόλος ἔγραφεν ἠώς.

Aſt vbi purpureos pinxit lux tertia montes Pronuba.

Quia nimirum lux primùm in montium faſtigiis apparet. Heliodorus ipſo Æthiopicorum initio. ἡμέρας ἄρτι διαγελώσης καὶ ἡλίου τὰς ἀκρωρείας διαυγάζοντος. *Cùm primùm dies rideret, & ſol montium cacumina illuſtraret.*

101 Πόντιον ἀφροκόμοισιν ὕδωρ λεύκαινον ἐρετμοῖς.

Canentem faciunt remis ſpumantibus vndam.

Libro 2. Dionyſ.

--καὶ οὐκέτι κῦμα χαράσσων

Γλαυκὸν ἀκυμάντοισιν ὕδωρ λεύκαινεν ἐρετμοῖς.

--nec iam vada cærula verrens

Remigio glaucos faciet caneſcere fluctus.

Catullus.

Tortaque remigio ſpumis incanuit vnda.

128 Μάννα πολυκλήϊστον ἐθηήσαντο τοκῆες

Γραπτὸς ὅπῃ πολύμυθος ἀμετρήτῳ ποτὲ λαῷ, &c.)

Ioannes habet, οἱ πατέρες ὑμῶν τὸ μάννα ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθώς ἐστι γεγραμμένον, Ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν. *Patres noſtri manducauerũt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt, Panem de cælo dedit*

eis manducare. Equibus ita reſcribo, audacius fortaſſe, ſed tamen reſcribo.

Μάννα πολυκλήϊστον ἐδαινύσαντο τοκῆες.
Γραπτὸς ὅπερ πέλε μῦθος
Ἀμετρήτῳ ποτὲ λαῷ, &c.
Manna nobile epulati ſunt patres
Quæ res ſcriptus eſt ſermo.
Innumerabili olim populo.

Sicut & paulò antè, (ἐλόντες.

Ὄφρα καὶ πειθώμεσθα θεόσσυτον ἔργον ἰδόντες, non
Vt credamus diuinitus profectum opus videntes.

ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμέν σοι. Vt videamus & credamus tibi. aliquantò pòſt eodem modo repono.

Ὑμέτεροι γλυκὺν ἄρτον ἐδαινύσαντο τοκῆες.

Cæterùm aduerte Poëtam non caput integrum verſibus reddidiſſe, ſed ea præteriiſſe, quæ iam dicta videbantur: Nonnulli verſus à ſe confictos conati ſunt obtrudere, ſed eos, tanquam non optimos, maluimus præterire.

173 *Ἀκούει.*) Non eſt quod hinc exiſtimes eam fuiſſe Poëtæ mentem, vt Chriſti corpus verus panis tantummodo audiret, & diceretur. Non ſemel enim hoc loco conceptis verbis dicit contrarium. Et verò verbum, *ἀκούειν* pro *εἶναι* frequenter vſurpat, vt cap. 7.

Χριστὸς Ἰουδαίοισι φανήσεται αὐτὸς ἀκούων.
Πατρίδος ὁππόθι δῶμα λυρέκτυπος ᾤκεε Δαβὶδ
Βηθλὲμ μηλοβότοιο.

Et cap. 8.

Γαζοφύλαξ ὅτι χῶρος ἀκούεται.

Item:

Φανήσομαι ἄρτι καὶ αὐτὸς
Ὑμῖν ψευδομένοις ἀπατήλιος ἴσος ἀκούων.

Et cap. 10.

—ιὼ ἀλέγει δὲ
Μήλων ἀλλοτρείων, ὅτι μίσθιος αὐτὸς ἀκούει.

IN CAPVT VII.

7 ΓΝωτοὶ ψευδάδελφοι τετράζυγες υἷες Ἰωσήφ.
Bis duo mentiti fratres Ioſephque creati.) Non Poëta ſolus, ſed etiam Leontius, Cyrillus, & Euthymius in ea fuerunt ſententia, vt Ioſephū filios putarent eſſe, qui fratres Domini nominantur. Iis aſſentiri mauult Ioannes Maldonatus noſter. *Qui exiſtimant fratres hoc loco eius cognatos appellari, vt D. etiam Auguſtinus putat, ſiue ex matre qui verè ſecundum carnem cognati erant; ſiue ex patre, qui etſi verè cognati non erant, tamen eſſe putabantur.*

14 Πίσω ἀνακτήσοιντο.) Quam paulò antè amiſerant, retrò abeuntes.

30 Ὑμεῖς ἐυκελάδοιο μετέλθετε κῶμον ἑορτῆς. Quod in feſtiuitate inſtrumentis muſicis vterentur, quorum aliqua deſcribit Ioſephus 7. antiquitatum. He μὲν κινύρα δέκα χορδαῖς ἐξημμένη τύπτεται πλήκτρῳ. ἡ δὲ νάβλα δώδεκα φθόγγους ἔχουσα τοῖς δακτύλοις κρούεται. κύμβαλά τ' ἦν πλατέα, καὶ μεγάλα χαλκέα; *Cinnyra quidem decem chordis apta plectro feritur. Nablium duodecim tonos habens digitis impellitur. cymbala verò erant lata & magna ex ære confecta.*

77 Ὑποκλέπτοντι προσώπῳ.) Quid hoc eſt quæſo? aut quid Poëta cogitauit? Suffuranti vultu

verendorum integumentum abſcindunt ? At contra, ſenſus quàm facilis eſſet & expeditus, quàm noſtro Poëta dignus, ſi mutata dictione legeretur:

Μυστιπόλῳ στεφανηδὸν ὑποκλέπτοντι σιδήρῳ
Ἄκρον ἀποτμήγουσι τελεσσιγόνου σκέπας αἰδοῦς.
Myſtico coronatim (in orbem) ſuffuranti ferro
Summum abſcindunt genitalis integumentum verecundiæ.

Ita fortaſſe quiſpiam confidentior non ineptè correxerit: ego malim ignorantiam meam confiteri, quàm Scriptores impudentiùs lancinare, niſi fortaſſe facem præfert ille verſus 3. Dionyſiacon:

--φιλοξείνοιο δὲ νύμφης
Ἑζομένης ἀντωπὸς ὑποκλέπτοντι προσώπῳ
Αἰδομένην ἐπίταινε σαόφρονα χεῖρα τραπέζῃ.
--hoſpitalis verò nymphæ
Sedenti oppoſitus ſubmiſſo vultu
Verecundam extendebat tẽperantem manũ menſæ.

Ὑποκλέπτοντι προσώπῳ, idem erit atque ſubmiſſo, & limis oculis, quaſi furtim intuente.

85 Ἀρπηκτῇ λοχίῳ περιτέμνετο φῶτα σιδήρῳ.) Quidam lapide acuto fieri putarunt circumciſionem. Exodi 4. verſu 25. *Tulit illicò Sephora acutiſſimam petram, & circumcidit prẹputium filij ſui.* Alij id à Sephora prẹter morem factum eſſe contendunt. Vide Interpretes.

103 Ἐν ἀργυροφεγγέϊ νηῷ.) Quantum auri Chriſto in terris viuente, vt de Salomonis ætate taceam, quantum argenti fuerit ex Ioſepho liquet l. 5. c. 14. excidij: Τῶν δὲ πυλῶν αἱ μὲν ἐννέα χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ κεκαλυμμέναι πανταχόθεν ἦσαν, ὁμοίως δὲ παρα-

ϛάδες, καὶ τὰ ὑπέρθυρα. μία δὲ ἡ ἔξωθεν τοῦ νεὼ Κορινθίου χαλκοῦ, πολὺ τῇ τιμῇ τὰς καταργύρους, καὶ ἐπιχρύσους ὑπεράγουσα. καὶ δύο μὲν ἑκάστου πυλῶνος θύραι, τριάκοντα δὲ πηχῶν τὸ ὕψος ἑκάστης, καὶ τὸ πλάτος ἦν πεντεκαίδεκα. *Ianuarum verò nouem auro & argento cooperta vndequaque fulgebant, ſimiliter autem paſtophoria & ſuperliminaria. vna verò extrinſecus ſpectans ex ære Corinthio, quæ aureas & argenteas longè pretio ſuperaret. & vniuscuiuſque ianuæ oſtia duo, quorum ſingula triginta cubitos altitudine, quindecim latitudine continerent.* Itē, Ἡ δὲ διὰ τοῦ οἴκου πύλη κεχρύσωτο μὲν, ὡς ἔφην, πᾶσα, καὶ ὅλος περὶ αὐτὴν τοῖχος, εἶχε δὲ καὶ τὰς χρυσᾶς ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλους, ἀφ' ὧν βότρυες ἀνδρομήκεις κατεκρέμαντο. *Ianua interioris templi, erat, vt ſuprà dixi, tota auro perducta, & omnis circa eam paries, ſupra autem aureæ vites imminebant, quarum vuæ cum humano corpore poſſent magnitudine conferri.* Et ne putes aurum & argentum leuiter affuſum fuiſſe ait, Τεσσαράκοντα πήχεις τὰς θύρας εἶχε, καὶ τὸν κόσμον πολυτελέστερον, καὶ δαψιλὲς πάχος ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ. *Ianuas habebat quadraginta cubitorum, & maximo ornatu, craſſo auro & argento veſtitas.* Item, Ὅτι πρῶτος οἶκος ἔσωθεν ἅπας κατεφαίνετο μέγιστος ὤν, καὶ τὰ περὶ τὴν εἴσω πύλην πάντα λαμπόμενα χρυσῷ τοῖς ὁρῶσιν ὑπέπιπτον. *Prior domus intrinſecus omnis ſplendebat, amplitudine ſingulari, & ea quæ ad interiorem portam pertinebant, omnia auro fulgentia ſub aſpectum cadebant.*

106 Εἵνεκα πομπῆς.) Alia exemplaria habent, ὥς με πέπομφεν. quod magis arridet.

IN CAPVT VIII.

CVr Poëta hiſtoriam de adultera non expoſnit? quia nimirum in Græcis exemplaribus locum vix obtinebat. Nec eam Origenes, Clemens Alexandrinus, Chryſoſtomus, Theophylactus videntur agnoſcere. Tertullianus etiam explodit, lib. de pudicitia. *Sed cederem tibi, ſi ſculptura paſtoris, quæ ſola mœchos amat, diuino inſtrumento meruiſſet incidi, ſi non ab omni concilio Eccleſiarum etiam veſtrarum inter apocrypha & falſa iudicaretur, adultera & ipſa, & inde patrona Sororum.* Verùm Tertullianus ita ſcribebat iam hæreticus. Quare, vt concedamus, hanc hiſtoriam tum temporis inter apocrypha fuiſſe, id eſt, inter ea, quorum penitùs nondum conſtabat auctoritas, impudenter tamen eam arguit falſitatis: eam enim libro 2. contra Pelag. Hieronymus ſcribit in multis Græcis, & Latinis exēplaribus haberi, & Ammonius Alexandrinus antiquiſſimus ſcriptor, & D. Athanaſius in Synopſi Euangelij Ioannis, eam Sedulius, Ambroſius, Auguſtinus, Gregorius pluribus locis agnoſcunt. Nec iam fas eſt poſt Concilij Tridentini decretum ſeſſione 4. deciſ. de Canonicis ſcripturis, diuina & Canonica auctoritate dubitare. Vide Maldonatum hoc loco.

Verùm quoniam Poëta tam inſignem hiſtoriam verſibus non expreſſit, viſum eſt noſtram

paraphraſim attexere. non equidem, vt cum Poëta inſigni contendam.

--quid enim contendat hirundo
Cycnus? aut quiddã tremulis facere artubus hœdi
Conſimile in curſu poſſint, vt fortis equi vis?

Sed ne videar Lectorum ſtudiis defuiſſe, qua in paraphraſi conatus ſum, ſimne aſſecutus neſcio, ſed tamen conatus ſum Nonni veſtigiis aliquantiſper inſiſtere.

Τοῖάδε λεξαμένου ἱεροῖς ἐπέεσσιν ἄνακτος
Ἠέλιος πυμάτην διεμέτρεε νύσσαν Ὀλύμπου
Εἰλαπίνης ὀχετηγὸς, ἄγων ἑσπέριον ὥρην.
Οἳ μὲν καγκείοντες ἔβαν πρὸς δώμαθ' ἕκαστος
Ληψόμενοι γλυκερῆς μενοεικέα δεῖπνα τραπέζης.
Ἰησοῦς δ' ἀνέβαινεν, ὅπῃ κλυτὸν οὖρος ἐλαίαις
Δάσκιον ἠερίοις ὀδμῇ ἐμέθυσσεν ἀήτας.
Καὶ τότε παννύχιον κυρτούμενον αὐχένα κάμψας
Τερψινόοις γενετῆρα θεὸν θεὸς υἱὸς ἐπαίνοις
Γουνάζων ἐγέραιρε, χέων φρενὸς ἠθάδα λοιβήν.

Talia cùm fatus eſſet ſacris verbis Rex
Sol extremam metiebatur metam olympi
Conuiuij adductor, adducens cœnalem horam.
Illi quidẽ dormiturientes iuerunt domum vnuſquiſque
Sumpturi dulcis placentes cœnas menſæ.
Ieſus verò adſcendit vbi inclytus mons oleis
Vmbroſus, aerios odore inebriabat ventos.
Et tunc tota nocte curuatum collum flectens.
Mentẽ oblectantibus genitorẽ Deũ Deus filius laudibus
In genua procumbens venerabatur, fundens mentis ſolitam libationem.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥοδέοις ἠὼς γελόωσα προσώποις
Ἐσκέδασεν δνοφερῆς σκιοειδέα κῶνον ὀμίχλης
Πρώϊος ἤιε Χριστὸς ἐς ἀργυροφεγγέα νηόν,
Νηὸν μαρμαρέῳ πάντῃ γανόωντα μετάλλῳ.
Καὶ πολλοῦ ποταμηδὸν ἐπήτριμα κύματα λαοῦ
Ἑζόμενον στεφάνωσεν. Ἄναξ δ' ἐνταῦθα καθίζων
Νηείθμοις ἐδίδαξε χέων λαόσσοον ὀμφήν.
Καὶ τότε γραμματέων καὶ ἀπειθέων Φαρισαίων
Ἑσμὸς ἀμαρσινόῳ λύσσης δεδονημένος οἴστρῳ
Ὄμματι λαμπετόωντι πυριφλεγέϊ, πομπὸς
ὀλέθρου
Ἀλλοτρίοις λεχέεσσιν ἐφεδρεύσασαν ἀνῆγον,
Στῆσαν τ' ἐν μεσάτοισι, δολοῤῥάπτοισι δὲ μύθοις
Κλεψινόοις πραπίδεσσι δόσαν λόγον ἀπε-
ρωπῆα;
Ταύτην ἀλλοτρίοισι γάμοις φιλότητι μιγεῖσαν
Εὕρομεν ἄντα γυναῖκα γαμόκλοπον. ἐν δὲ νόμοισι
Τοιάδε θεσπεσίῳ Μωσῆς ἐχαράξατο βίβλῳ.
Ἥντιν' ἔρως δυσέρωτι περισφίγξειε λεπάδνῳ
Ἀλλοτρίοις λεχέεσσι κλοπὴν ἀθέμιστον ὑφαίνειν,
Ταύτην λαϊνέῳ θανέειν βελέεσσι δαμεῖσαν.
Ἢ σύγ' ὁμόψηφος φρονέεις ἅπερ ἱερὸς ἀνήρ;
Τὴν δ' ἔλεγον Χριστοῦ πειρητίζοντες ἰωὴν,
Ὄφρα καὶ αἰτιάαν δολίοις μύθοισιν ἔχοιεν
Ἠλίου ἀκτῖνος καθαρώτερον, ἔνθεον ἄνδρα.
Αὐτὰρ ἄναξ θεῖον πελάσας δαπέδοισι κάρηνον
Ἐκταδίην κύψας κάμψεν ῥάχιν. ἐν δὲ κονίῃ
Ἔγραψεν ἀληθέοντα σοφῆς σημήια σιγῆς
Δάκτυλα παλλόμενος, καὶ οὐκ ἀΐοντι ἐοικὼς
Ἀμπλακίας δαπέδοισιν ἄναξ ἐχάραξεν ἑκάστου,
Ἔργα τε κλεψινόῳ κεκαλυμμένα φάρεϊ σιγῆς.
Οἱ μὲν δήθυνον φιλοπευθέες ἄφρονι
μύθῳ,

Cæterum

Cæterum poſtquam roſeis aurora ridens vultibus.
Dißipauit obſcuræ vmbroſum angulum caliginis,
Matutinus iuit Chriſtus in argento ſplendens templum
Templum ſplendenti vndique renidens metallo.
Et multi fluuij inſtar continentes vnda populi
Sedentem coronauit, Rex verò ibi ſedens
Infinitos docuit, fundens populi ſeruatricem vocem.
Et tunc Scribarum & Deo contrariorum Phariſæorum
Cœtus mentem perdente rabiei concuſſus ſtimulo
Oculo reſplendens igneum fulgorem emittente, Dux interitus
Alienis lectis inſidiatam adduxerunt,
Conſtitueruntque in medio. Dolo conſutis verò verbis
Mentem occultantibus præcordiis dederunt vocem fraudatricem.
Hanc alienis nuptiis amore mixtam (legibus verò
Inuenimus palam mulierem nuptiarum furatricem. In
Hęc diuino Moſes ſignauit libro:
Quamcunq; amor infœliciter amanti cõſtrinxerit loro
Alienis lectis furtum iniuſtum texere,
Hanc lapideis mori iaculis domitam.
An tu idem ſuffragium ferens, ſentis quę diuinus vir?
Hanc dixerunt Chriſtum tentantes vocem
Vt etiam accuſare doloſis verbis haberent,
Solis radiis puriorem, diuinum virum.
Cæterùm Rex diuinam admonens pauimento faciem
Extenſam pronus flectebat ſpinam. In puluere autem
Scribebat loquentia ſapientis ſigna ſilentij,
Digitos vibrans, & non audienti ſimilis
Peccata pauimento Rex ſignabat cuiuſque,
Operâque mentem occultante tecta pallio ſilentij.
Illi verò perſeuerabant audire cupidi imprudenti ſermone,

Ἰησοῦς δ' ἀνέκυψε, σοφόν τ' ἐπὶ μῦθον ἴαλλε,
Ὅστις ἀτασθαλίης πέλει ἄμμορος, οὗτος ἐπ' αὐτὴν
Βαλλέτω ἀνδροφόνον πέτρης κρυεροῖο θύελλαν.
Ὅστις ἀλιτροσύνης καθαρὸς πέλει, ἀρξάτω ἔργου.
Εἶπεν ἄναξ, καὶ ἔκυψε πάλιν, καὶ ἐν οὔδεϊ γράψας
Ἀμπλακίας ἐτύπωσε πάλιν λαλέουσα σιωπῇ.
Εἶπεν ἄναξ, ὁ δ' ὅμιλος ἐχάζετο, ἄλλος ἐπ' ἄλλον
Οὔασι δεξάμενος μῦθον σοφὸν, ἐν τῇ μενοινῇ
Ἀμπλακίην νοέων ὑποκάρδιον αὐτὸς ἕκαστος
Ὁπλότεροι μὲν ἕποντο, φυγῆς ἦρξαντο γέροντες,
Ἰησοῦς δὲ μόνος κατελείπετο, καὶ μία Χριστοῦ
Ἀγχιφανὴς μεγάλοιο γυνὴ κατεναντίον ἔστη,
Θαμβαλέον. γελόωσα γαληναίοισι προσώποις.
Καὶ θεὸς αἰρόμενος κεφαλὴν ἀτάλαντον ὀλύμπῳ
Παπταίνων θ' ἑλικηδὸν ἐϋστρέπτοισιν ὀπωπαῖς
Ὀφθαλμὸν προΐαλλεν ἀκοντιστῆρα γαλήνης.
Οἵην τ' εἰσορόων τοίῳ μιν ἀνείρετο μύθῳ.
Ποῦ γύναι εἰσὶν ἐκεῖνοι ἀτάσθαλοι, ἠπεροπῆες;
Ἦ ῥα κατεγνώσθης, καὶ λάϊνον ἕσσο χιτῶνα;
Τίς δικάσας θανάτου πότμον σοι ἄποτμον ὑφαίνει;
Γηθοσύνῃ δ' ἀνέπαλτο γυνὴ, καὶ ἀμείβετο μύθῳ.
Οὐδεὶς παμβασιλεῦ πανυπέρτατε κοίρανε κόσμου.
Ἰησοῦς δ' ἀγόρευεν ἀμοιβαίῳ τινὶ μύθῳ,
Οὔτ' ἄρ ἐμῇ ψηφῖδι πύλας ἀΐδαο περήσεις.
Βάσκ' ἴθι μήτε πάλιν ῥέξαις ἀθεμίστιον ἔργον.
Εἰσόκεν αὐτομάτην αἰὼν στροφάλιγγα κυλίνδει
Ἱππεύσας ἕλικος πολυκαμπέα νύσσαν ὀλύμπου.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πάλιν ἦμαρ ἔην, δῆμός τε συνῆλθεν,
Κυκλώσας στεφανηδὸν ὅλου σημάντορα κόσμου
Πηγῆς ἀενάου στομάτων ἄπο καλὰ ῥεούσης
Οὔασι διψαλέοις ἔπιεν σωτήριον ὕδωρ.
Ἰησοῦς δ' ἀγόρευε χέων λαοσσόον αὐδήν.
Εἰμὶ φάος κόσμοιο λιπαυγέος, &c.

Digitized by Google

Ieſus verò caput ſuſtulit, & prudentē ſermonē emiſit,
Qui ſceleris eſt expers, ille in iſtam
Faciat homicidam petræ aſperæ procellam.
Qui peccati purus eſt, incipiat opus.
Dixit Rex, & procubuit iterum, & in pauimento
Peccata inſculpſit iterum loquens ſilentium.
Dixit Rex, at turba receſſit, alius poſt alium
Auribus accipiens ſermonem ſapientem, & in animo
Iniquitatem agnoſcens ſub corde latentem ſuam quiſq;
Iuniores quidē ſequebātur, fugā verò inceperūt ſeniores
Ieſus verò ſolus relinquebatur, & ſola Chriſto
Vicina magno mulier è regione ſtetit
Cum ſtupore ridens tranquillis vultibus.
Et Deus attollens caput æquale cœlo
Reſpicienſque in orbem volubilibus pupillis
Oculum miſit iaculatorem tranquillitatis.
Solamque videns tali eam interrogauit ſermone.
Vbi mulier ſunt illi nefarij deceptores?
An condemnata es, & lapideam induta tunicam?
Quis iudicans mortis fatum tibi infœlix texit?
Lętitia verò exſilijt mulier, & reſpondit ſermone:
Nemo omnium regnator, ſublimis Domine mundi.
Ieſus verò locutus eſt reſponſiuo quodam ſermone,
Neque etiam meo calculo portas inferi tranſibis:
Vade age, neque iterum facias illegitimum opus.
Quoad ſpontaneam æuūm volutionem volutat
Equitans curui inflexam metam olympi.
Cæterùm poſtquam iterū dies erat populuſque cōuenit,
Circundans coronatim totius Ducem mundi,
Fontis perennis ab ore pulchrè fluentis
Auribus ſitientibus bibit ſalutarem aquam.
Ieſus verò dixit fundens populi ſeruatricem vocem:
Sum lux mundi luce deſtituti, &c.

23 Μαρτυρίη διδύμων ἐτεήθροος ἔπλετο φωτῶν.) Res ipſa monet, vt legamus ἐτυμόθροος, hoc ſenſu:

Quæ dicunt gemini teſtes, ea vera putantur.

62 Ἐξ ἀρχῆς ὀάριζον:) *Iam tum à principio dixi.* Græca habent, τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. *Principium, qui, vel quod & loquor vobis.* Qui locus adeo obſcurus eſt & inuolutus, vt interpretes in varias partes diſtraxerit. Sed Maldonatus noſter hanc Nonni verſionem, longe bene longis aliorum commentariis anteponit. Vide.

68 Ὁππότε μ' εὐαγέεσσιν ἀνυψώσητε μενοιναῖς
Ἀνθρώπου φίλον υἱόν.
Cum me pectoribus puris tolletis ad axes.

Aetherios.) Notanda interpretatio: nam cæteri verba Ioannis de exaltatione Chriſti Seruatoris in crucem intelligunt.

76 Πίστιος ἀρρήκτοισιν ὑπεκλίνοντο λεπάδνοις.
Infractis fidei ſubmittebantur habenis.)
Frequens eſt huiuſmodi tranſlatio, in eos qui diuinis nutibus obſequuntur. Oppianus 2. ἁλιευτικῶν de diuina gubernatione loquens ait:

--οὐδέ τις ἀλκὴ
Τρηχείαις γενύεσσιν ὑπερφιάλως ἐρύσαντα
Ἐκφυγέειν, ἅτε πῶλον ἀποπλυρῆεα χαλινοῦ.
Ἀλλ' αἰεὶ μάκαρες πανυπέρτατοι ἤνια πάντῃ
Κλίνουσ' ᾗ κ' ἐθέλωσιν, ὁ δ' ἕσπεται ὅς κε σαόφρων
Πρὶν χαλεπῇ μάστιγι, καὶ οὐκ ἐθέλων ἐλάηται.
--Non vlla potentia duro
Ore reluctari & preſſis parere lupatis.
Qualis equus duro frenum qui reſpuit ore.
At ſemper ſuperi rerum moderantur habenas
Vt placitũ eſt: Superũ ſequitur moderamina prudẽs
Vt ne verberibus crudis inuitus agatur.

Pindarus ode 2. Pyth. epodo 4. Χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν, φέρειν δ᾽ ἐλαφρῶς ἐπαυχένιον λαβόντα ζυγὸν ἀρήγει, ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτιζέμεν τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος. *Non oportet contra Deum contendere. Sed eum qui collare iugum leuiter ferendum acceperit, adiuuat, contra ſtimulum verò calcitrare eſt lubrica via.* Quod etiam Æſchylus his verbis, ni fallor, expreſſit. πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτείνειν. *Membra contra ſtimulum extendere.* Lucas act. 9. πρὸς κέντρα λακτίζειν. *contra ſtimulum calcitrare.*

96 Ἐλευθερίοισι κόμαν στέψεις πετάλοις.) Ad eorum coronas alludit, qui libertatem acceperant. Tertullianus de corona Militis cap. 13. *Coronat & libertas ſecularis. Sed tu iam redemptus es à Chriſto, & quidem magno. Seruum alienum quomodo ſeculum manumittet? Etſi libertas videtur, ſed & ſeruitus videbatur. Omnia imaginaria in ſeculo & nihil veri, nam & tunc liber homini eras redemptus à Chriſto: & nunc ſeruus es Chriſti licet manumiſſus ab homine. Si veram putes ſeculi libertatem, vt & coronam conſignes rediiſti in ſeruitutem hominis, quam putas libertatem: amiſiſti libertatem Chriſti quam putas ſeruitutem.*

132 ψευδήμονος ἐκ γενετῆρος, *mendaci genitore ſatus.*) Ioannes habet, *cùm loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius*; quæ verba omnes paſſim interpretes ſic explanant: propterea cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia ſuopte ingenio mendax eſt, & mendacii primus auctor. At Epiphanius hoc loco nomine Diaboli Iudam intelligit hær. 38. n. 4. & 5. nouæ editionis his verbis. poſtquam enim Euangeliſtę locum ita cõcepit; *Vos filij eſtis Patris veſtri*

Diaboli, quoniam mendax eſt, quoniam pater eius mendax eſt: ſic illud deinceps exponit: Ἄρα γοῦν οὗτος ὁ Ἰούδας Πατὴρ αὐτῶν γενόμενος κατὰ τὴν ἀρνησιθεΐαν καὶ προδοσίαν Σατανᾶς ὑπάρξας καὶ Διάβολος οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ υἱὸς γεγένηται οὗτος τοῦ Κάϊν κατὰ μίμησιν, τοῦ ἀνθρωποκτόνου καὶ ψεύστου, ἐπειδὴ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ πρὸ αὐτοῦ ψεύστης ἦν οὐχ ὁ Ἀδάμ, ἀλλ᾽ ὁ Διάβολος. *Quamobrẽ hic ille Iudas eſt: qui & ipſorum parens, & propter numinis abnegationem, proditionẽque Satanas fuit & voluntate non natura Diabolus, idemque mẽdacis ac parricidæ Cain duntaxat imitatione filius, quandoquidem & eius ante ipſum pater mendax fuit, non Adamus, ſed Diabolus.* At Eucherius quæſt. in Ioannem, dici putat vnumquemque Iudæorum infidelem, *cùm loquitur mendacium*, hîc ſubaudiendum, *vnuſquiſque veſtrûm, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater eius*, id eſt *Diabolus*. cui noſter videtur omnino ſuffragari: neque enim adeo ſtolidus fuit, vt aliquem Diaboli patrem, & eum mendacem agnoſceret.

133 Τμῖν αὐτὸς ἔλεξα καὶ οὐ πιστεύετε μύθῳ.

Ipſe loquor vobis, ſed non mihi creditis vnquam.) Non adeo fœliciter aſſecutus eſt, quod Ioannes longè ἐμφατικωτέρως expreſſerat. ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι. *Ego autem, quia veritatem dico, non creditis mihi*. quaſi diceret; Cauſa cur mihi non credatis, ea eſt, quia non vultis credere veritati, nec ego inſtar patris veſtri Diaboli, loquor mendacia.

143 Οὔ τι κακῶς κρίνοντες ἐλέγχομεν, &c.)

Num nos arguimus ſceleris te iure? ſcientes
Quod Samaritani ficto te numine mactant,

Et quatit vmbrarum ſcuticâ reſonante tyrannus.

Noua, ſed elegans interpretatio: pridie, vt dictum eſt cap. 7. Chriſtũ à Dæmone vexari obiecerant: hodie Dominus iis dixerat, *Quis veſtrûm arguit me de peccato?* Reſpondent, Nonne bene te arguimus de peccato? immò, quod maius eſt, te dæmonium habere conuincimus, quandoquidem per biduum apud Samaritanos verſatus es, vbi te Meſſiam eſſe fingens honores tibi diuinos arrogaſti, quod nunquam attentaſſes, niſi dæmonium haberes. nam vt aduertit Leontius: *Proprium dæmonum eſt gloriam Dei ad ſe transferre.* Reſpondet obiectis. *Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me*, id eſt, me quidem argueretis de peccato, & dæmonium habere conuinceretis, ſi diuinos honores ad me transferrem, iiſque priuarem Patrem meum, ſed dum diuinos honores à Samaritanis mihi delatos admitto, honorifico Patrem meum, in quem honores illi referuntur: ſicut contrà contumelię quibus inhonoraſtis me, in Patrem meum redundant: quare nec me arguitis de peccato, nec dæmonium habere conuincitis. Cæterùm Iudæi affectatæ diuinitatis crimen vno verbo latenter perſtringere voluerunt. *Samaritanus es tu*, vt illud maledicentiæ ſuæ telum aculeatius ſua breuitate, contortius, vibratiuſque ferretur. Sic Tullius in paradoxis, *Et tu quidem in operto fuiſti.* telum acutius hac breuitate vehementiuſque contorſit, quàm ſi ita loqueretur. Et tu quidem cùm ſacra fierent Bonæ Deæ, domum Cæſaris ingreſſus es in veſte muliebri, quò viros accedere tum nefas erat, vt in

ipſis Bonæ Deæ puluinaribus Pompeiæ Cæſaris vxori ſtuprum inferres. Talis fuit illa Lacedæmoniorum epiſtola ad Philippum duobus verbis comprehenſa. Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. De qua Demetrius Phalereus lib. περὶ ἑρμηνείας. Πολὺ γὰρ δεινότερον φαίνεται ῥηθὲν οὕτω βραχέως, ἢ εἰ περὶ αὐτὸ μακρῶς ἐκτείναντες, εἶπον, ὅτι ὁ Διονύσιός ποτε μέγας ὢν τύραννος. ὥσπερ σὺ, ὅμως νῦν ἰδιωτεύων. οἰκεῖ Κόρινθον. οὐ γὰρ ἔτι διὰ πολλῶν ῥηθὲν ἐπιπλήξει ἐῴκει, ἀλλὰ διηγήματι, καὶ μᾶλλόν τινι διδάσκοντι ἢ ἐκφοβοῦντι. οὕτως ἐκτεινόμενον ἐκλύεται τοῦ λόγου τὸ θυμικὸν καὶ σφοδρόν. ὥσπερ τὰ θηρία συστρέψαντα ἑαυτὰ μάχεται. τοιαύτη τις ἂν εἴη συστροφὴ καὶ λόγου, καθάπερ συνειλημμένη πρὸς δεινότητα. *Multo enim grauius apparet, quod ita breuiter effertur, quàm ſi illud idem dilatantes ita dixiſſent. Dionyſius potens olim Tyrannus, vt tu modò, nunc tamen vitam priuatam agens, habitat Corinthi. neque enim ſi tam multis verbis ea dixiſſet, reprehenſioni, ſed narrationi ſimilis eſſet oratio, & magis docenti quàm terrenti conueniret. ſic orationis impetus & vehementia, ipſa ſua dilatatione diſſoluitur: nam quemadmodum belluæ ſeipſas torquent & contrahunt certamen initura, ſic ad grauitatem ſeipſam torquet, & contrahit oratio.*

160 Δαίμονος ἠερόφοιτος ἀλάστορος οἶστρος ἐλαύνει.

Aerio Dæmon œſtro percellit alaſtor.)

Plutarchus in quæſtionibus Græcanicis 24. τίς ἀλάστωρ, ἀλιτήριος, παλαμναῖος; reſpondet. ἀλάστωρ μὲν κέκληται ὁ ἄληστα καὶ πολὺν χρόνον μνημονευθησόμενα δεδρακώς. *Alaſtor vocatur qui ea perpetrarit, quæ multo tempore obliuione non deleantur.* Magnum etymologicum etiam aliunde deducit, ſed id potiſſimùm ad rem videtur attinere. ἀλάστωρ κατὰ μὲν

Χρύσιππον τ̃ φιλόσοφον ἐπὶ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ϗ φονέως ἀπὸ τῆς ἐλάσεως, ὁ ἄξιος τοῦ ἐλαύνεσθαι διὰ φόνον. ἢ ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι τὸ πλανᾶσθαι. *Alaſtor ſecundum Chryſippum philoſophum de peccatore & homicida dicitur à voce* ἐλάσεως *expulſione, quod dignus ſit expelli propter cædem, aut à verbo* ἀλᾶσθαι, *id eſt, errare.* Ad vtramque etymologiam noſter videtur alludere. ἠερόφοιτος quod erret & vagetur per aëra. ἐλαύνει, ab expulſione. Eodem ſenſu Æſchines in Timarchum, ποιναῖς ἐλαύνειν ϗ κολάζειν δᾳσὶν ἡμμέναις. *furias impellere & punire tædis ardentibus.* vel quod magis cum Chryſippo faciat Dæmon dictus alaſtor, quia cœlo & omni natura rerum expulſus eſt. Empedocles apud Plutarchum de Iſide & Oſiride.

> Αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει,
> Πόντος δ' ἐς χθονὸς οὖδας ἀπέπτυσε, γαῖα δ' ἐσαῦθις
> Ηελίου ἀκάμαντος, ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις,
> Ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, συγέουσι δὲ πάντες.
> *Ad Pontum expellit rapidi vis ignea cœli,*
> *Expuit in terram pontus, ſed terra remittit.*
> *Ad ſolem ætherium, ſol rurſus in aëra iactat,*
> *Excipiunt alia ex aliis, odiiſque fatigant.*

Lege ὁ δ' ἠέρος non αἰθέρος, neque enim probabile eſt aërem ex omnibus elementis ſolum eſſe præteritum, cùm dæmones *aëriæ poteſtates*, tum à ſacris, tum à prophanis omnibus comminentur. In ſecundo verſu, γαῖα δ' ἐσαῦθις, lege ex Euſebio lib. 5. præparat. euang. γαῖα δ' ἐς αὐγὰς Ηελίου ἀκάμαντος, &c.

162 Καὶ σὺ τέη μεγχέων ὑψαυχένα κόμπον ἀπειλῇ
Et tu magnifice fundens promiſſa minaris.)

Minari & ἀπειλεῖν, idem frequenter quod promittere. Homerus 20. Iliados verſu 83.

Αἰνεία Τρώων βουληφόρε. ποῦ τοι ἀπειλαὶ
Τὰς Τρώων βασιλεῦσιν ὑπέσχεο οἰνοποτάζων.
Tros Anchiſiades vbi nunc promiſſa minaque
Quas inter calices ſolitus promittere Teucris
Regibus.

Horatius lib. 2. ſat. 2.

Atqui vultus erat multa & pracLara minantis.

Phædrus in fabellis.

Qui cùm minaris grandia, extricas nihil.

IN CAPVT IX.

PVerile fortaſſe videatur, quod tam multis iſtius cæcitatem exaggerat: verùm ex euangelio liquet, cæcitatem eiuſmodi non fuiſſe, quæ poſſet humana ope ſanari. Quare cùm vt plurimùm tribus è cauſis cæcitas oriatur, vel ex humorum ſuffuſione. Vel ex pelliculæ, quæ adnaſcitur craſſitudine; vel denique ex organi defectu, cùm videlicet non eſt omnibus ſuis partibus abſolutum, conſtat humorum ſuffuſionem, & pelliculæ craſſitudinem humanis remedijs poſſe depelli: non poſſe autem illum defectum naturæ in organo formando ſuppleri, ſi quis reperiatur.

--ἀφωτίστοιο προσώπου
Συμφερτὴν, ἀμείωτον ἔχων ἀχάρακτον ὀπωπήν.
Ἣν φύσις οὐκ ἐτύπωσε.

35 Ἠχι Σιλωὰμ πηγῆς ἀγχιπόροιο ῥέει πανδήμιον ὕδωρ.] Siloam hoc fontem appellat, quam Ioannes *κολυμβήθραν*, *natatoriam* ſiue *piſcinam*: quemadmodum capite 5. piſcinam probaticam iam antè nominarat:

--ὄφρα κε πηγῆς
Θυάδος αὐτοέλικτον ἰδὼν ὀρχούμενον ὕδωρ.
Cùm fontis per ſe ſalientem aſpexerit vndam.

Ioſephus 5. de exordio, c. 13. *καθήκει μέχρι τῆς Σιλωᾶς. οὕτω γὰρ τὴν πηγὴν γλυκεῖάν τε καὶ πολλὴν οὖσαν ἐκαλοῦμεν. Siloam vſque pertinet. Sic enim fontem dulcem & abundantem vocabamus.* & cap. 26. Ioſephus ipſe ſe ita Iudæos alloquentem inducit: Τίτῳ μὲν γὰρ καὶ πηγαὶ πλουσιώτεραι αἱ ξηρανθεῖσαι πρότερον ὑμῖν. πρὸ γὰρ τῆς αὐτοῦ παρουσίας τήν τε Σιλωὰν ἐπιλιποῦσαν ἴστε, καὶ τὰς τοῦ ἄστεος ἁπάσας, ὥστε πρὸς ἀμφορεῖς ὠνεῖσθαι τὸ ὕδωρ. τὸ δὲ νῦν οὕτω πληθύουσι τοῖς πολεμίοις ὑμῶν, ὡς μὴ μόνον αὐτοῖς καὶ κτήνεσιν, ἀλλὰ καὶ κήποις διαρκεῖν. *Tito enim fontes vberius manant, qui vobis exaruerant prius. priuſquam enim huc adueniret Siloam, & cæteros vrbis fontes ſcitis aruiſſe, vt etiam ad amphoras aqua venderetur, nunc autem tam vbertim manant hoſtibus veſtris, vt non ipſis ſolùm & iumentis, ſed etiam hortis ſufficiant.* Atque hic obiter nota argutam interpretationem illorum verborum, *quod interpretatur miſſus*, quaſi à præuiſa iſtius cæci miſſione nomen acceperit, ſicut & paulò pòſt pro illis verbis, *da gloriam Deo*, Δὸς τέκος ὑψιμέδοντι θεῷ χάριν, &c. Vide.

124 Βοογλήνοιο προσώπου. *bouis pupillas habente vultu*,) id eſt, magnas vel pulchras. ſic βοῶπις Ἥρα, à poëta frequentiſſimè nominatur. Plutarchus in quæſt. Græcanicis 35. Διὰ τί τὸν Διόνυσον αἱ τῶν

Ἠλεῖαι γυναῖκες ὑμνοῦσαι παρακαλοῦσι βοέῳ ποδὶ παραγίνεσθαι πρὸς αὐτάς; &c. σὺν χαρίτεσσιν ἐς ναὸν τῷ βοέῳ ποδὶ θύων. *Cur Bacchum Eleorum mulieres precantur bouino pede accedere, &c. cum Gratiis bouino pede feſtinans.* addit: τῷ μεγάλῳ ποδὶ βοέῳ λέγουσιν, ὡς βοῶπιν ὁ ποιητὴς τὴν μεγαλόφθαλμον, καὶ βουγάϊον τὸν μεγάλαυχον. *at bouino pede dicunt pro magno, vt Poeta* βοῶπιν *magnis oculis præditam, &* βουγάϊον *valde gloriantem.*

139 Μὴ θεὸς ὑμείων δονέει νόον, &c.

Num vobis mentem monit Deus, &c.)

Quia nimirum non ſolùm ſalutem noſtram, ſed etiam initium ſalutis à Deo omnis gratiæ fonte arceſſimus. Contra Semipelagianos, qui à nobis aliquod initium gratiæ, & velut anſam à nobis porrigi voluerunt, de quorum opinionibus & delirijs vide paſſim Auguſtinum, Proſperum, Fulgentium, & alios. quanquam ad hos alludere non videtur poëta, quem probabilius eſt vna ante hos ætate floruiſſe. quod autem ait νόθοι γίγνεσθε μαθηταί, id ſapienter debet intelligi. neque enim quiſquam diuino afflatu ad ſpuriam fidei profeſſionem impellitur. Sed ſenſus eſt, ecquid vobis mentem Deus iniecit, vt vos qui noti eſtis & ſpurij filij Synagogæ, in veros Chriſti filios euadatis.

150 εἰ δὲ θυηδέκοιεν, &c. Homerus 1. Iliados verſu 228.

Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται μάλα τ' ἔκλυον αὐτῦ.

Paruerit quicunque Deo Deus audiet ipſum.

IN CAPVT X.

4 Αἴδηλον.) malim ἀΐδηλος.

39 Εἰμὶ δὲ ποιμὴν καλὸς ἐγώ.) Significantius Ioannes, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ ἀγαθός. Xenophon tamen tertio memorabilium, τὸ καλὸν, & τὸ ἀγαθὸν idem eſſe teſtatur. πάντα γὰρ ἀγαθὰ, καὶ καλά ἐστι, πρὸς ἃ εὖ ἔχῃ, κακὰ δὲ καὶ αἰσχρὰ πρὸς ἃ ἂν κακῶς. *Eadem enim ſunt & bona & pulchra, eorum reſpectu, ad quæ bene ſunt comparata; mala verò & turpia eorum, ad quæ malè.*

62 Οὐδέ τις αὐτὴν

Θεσμὸς ἀφαιρεῖταί με γενέθλιος, οὐ χρόνος ἕρπων

Πανδαμάτωρ, ἀδάμαστος, ἢ ἐμπεδόμητις ἀνάγκη.) Tria complectitur. Genethliacon ſiue horoſcopum, tempus, neceſſitatem, ſiue fatum. Negat Genethliacon & conſtellationem ſub qua quiſque naſcatur, quicquam virium obtinere, contra Priſcillianiſtas, qui, vt ait Gregorius magnus homilia 10. in Euangelia, huiuſmodi conſtitutionem ſtellarum naſcentis cuiuſque fatum eſſe dicebant: quos ibidem refellit: & Baſilius homilia 6. Hexameron, Auguſtinus & alij. Lepidum eſt quod refert Suidas in voce βλάξ. Καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τέλος τὸ βλακεννόμιον ὃ οἱ ἀστρολόγοι τελοῦσι. διὰ τὸ τοὺς μωροὺς εἰσιέναι πρὸς αὐτούς. Et Alexandriæ βλακεννόμιον dicitur id tributum, quod ab Aſtrologis perſoluitur: propterea quòd ſtulti ad ipſos accedant.

Negat 2. Chriſtum Dominum à tempore

pendere, contra Arianos, qui vt indicant Chryſoſtomus, & Euthymius, & Theophylactus ex illo Ioannis 3. *Nondum venit hora mea*, Chriſtum Dominum tempori ac fato ſubiectum eſſe aſſerebant.

Tertiò negat eundem fati legibus contineri, contra Mercurium Triſmegiſtum, Stoicos, & Phariſæos, qui omnes hominum actiones à fato pendere dicebant, adeo vt ne Deum quidem ipſum fatorum legibus ſolutum eſſe contenderent, quem errorem qui ſtabilierint, qui conuellerint, operæ pretium non eſt pluribus referre, cùm Geuerartus Elmeuhorſtius vir doctus ſuis in Minutium Fœlicem commentariis hunc locum occuparit, & omnes propemodum auctores qui citari poſſunt in hanc ſententiam, prælibarit.

79 Εἵδεθλα δωμήσας Σαλομὼν εὐκίονι τέχνῃ.

Arte columnari Salomon cùm poneret ædem.)

Ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν Ἱεροσολύμοις. *Facta ſunt autem encænia in Hieroſolymis.* Quatuor videntur fuiſſe encænia, ſiue dedicationis feſta. Quorum vnum ad vrbis poſt Babyloniorum bella inſtauratæ, cętera tria ad templi & altaris dedicationem pertinebant. Primum fuit quando à Salomone templum à fundamentis erectum eſt. Alterum quando deſtructum à Babyloniis, poſt captiuitatem denuo fuit excitatum. Tertium, quando altare prophanatum à gentibus ſublatum fuit, & nouum erectum à Macabæis. Primum celebratur 3. menſe, qui Septembri noſtro reſpondet. l. 3. Regum c. 8. verſu 8. Secundum die 3. menſis Adar. Eſdræ 1. c. 6. v. 15. qui erat menſis duode-

cimus Heſter. c.3. v. 7. E quibus Toletus à duabus maculis Ioſephum emendat, qui à tribus eadem opera purgari potuiſſet: Sic ille 11. Antiquitatum c. 4. τοῦ δ' ἐννάτου τῆς Δαρείου βασιλείας ἔτους, εἰκάδι καὶ τρίτῃ μηνὸς ἐνδεκάτου, ὃς καλεῖται παρ' ἡμῖν μὲν Ἄδαρ, παρὰ δὲ Μακεδόσι Δύστρος. lege τοῦ δὲ ἕκτου, &c. vel potius notis arithmeticis Ioſephus ſcripſerat, è quibus facilius mendum in ſcripturam irrepſit. τοῦ δὲ ς' τῆς Δαρείου βασιλείας ἔτους, καὶ γ' μηνὸς ιά. Eſdræ 1. *vſque ad diem tertium menſis Adar, qui eſt annus ſextus Darij Regis.* Tertium encæniorum feſtum: *Statuit Iudas, &c. vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis, ab anno in annum per dies octo à quinta & viceſima die menſis Caſleu.* Macab. c. 4. verſu 59. dixerat verſu 52. hunc eſſe menſem nouum, qui partim Nouembris fini, partim Decembris initio reſpondet: menſes enim curſu Lunæ computabant. Iam quæritur quodnam horum encæniorum feſtum intelligat. Theodorus Mopſueſtenus fuiſſe totius vrbis dedicationem exiſtimat. Nonnus noſter, cui Cyrillus in cathena Græca adſtipulatur, refert ad dedicationem templi Salomonis. Sed cogimur ab eius ſententia diſſidere. Ea enim dedicatio celebrata fuit, menſe ſeptimo, id eſt ſub finem Septembris, aut ſaltem initio Octobris: at conſtat hanc dedicationem hyberno tempore fuiſſe celebratam. Chryſoſtomus, Euthymius, Leontius, & Theodorus Heracleotes ſecundum templi à Zorobabel inſtaurati dedicationem probabiliter intelligunt. Maldonatus & Toletus, è quibus iſta decerpſi, Ruperti, Bedæ, & Alcuini, qui id ad altaris à Macabæis erecti de-

dicationem referunt, opinionem aliorum interpretationibus, & meritò quidem anteponunt. Operę pretium non eſt eorum opiniones expendere: non enim hic ago Ioannis, ſed Nonni interpretem.

Εὐκίονι τέχνῃ.) Iure columnarum meminit in templi fabrica. Vt enim omittam quæ de templi columnis, tum à ſcriptura paſſim, tum à Ioſepho produntur, vt etiam taceam columnas templi Cizyceni, de quibus Xiphilinus, columnæ antiquitus in templis præcipuo quodam cultu fuerunt dedicatæ. vnde 7. Æneidos.

Templũ Auguſtũ, ingens, centũ ſublime columnis.
Quia nimirum, vt tradit Clemens Alexandrinus ſub finem primi ſtromatum. πρὶν γ᾽οῦν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ, ἔσεβον τούτους, ὡς ἀφιδρύματα τοῦ θεοῦ. γράφει γ᾽οῦν ὁ τὴν φορωνίδα ποιήσας,

Καλλιθόη κλειδοῦχος Ὀλυμπιάδος βασιλείης
Ἥρης Ἀργείης, ἣ στέμμασι καὶ θυσάνοισι
Πρώτη ἐκόσμησεν περὶ κίονα μακρὸν ἀνάσσης.

Ἀλλὰ καὶ ὁ τὴν Εὐρωπίαν ποιήσας ἱστορεῖ τὸ ἐν Δελφοῖς ἄγαλμα Ἀπόλλωνος κίονα εἶναι διὰ τῶνδε.

Ὄφρα θεῷ δεκάτην ἀκροθίνιά τε κρεμάσαιμεν
Σταθμῶν ἐκ ζαθέων, καὶ κίονος ὑψηλοῖο.

Priuſquam igitur antiqui ſtatuas accuratè noſſent effingere erectas columnas vt Deorum ſimulacra venerabantur. ſcribit enim auctor Phoronidis,

Callithoe excelſi clauem quæ geſtat olympi
Iunonis quæ velleribus feſtaque coronâ
Reginæ ornauit ſublimem prima columnam.

Sed & qui Europeam ſcripſit auctor eſt ſtatuam Apollinis Delphici columnam fuiſſe his verbis.

Vt

Vt Phœbo decimas, ſacra ut donaria templi
Figamus ſuſpenſa tholo celſæque columnæ.

Omitto ſtatuam Veneris Paphiæ, quam Cornelius Tacitus, Maximus Tyrius, & alij columnam paulatim in anguſtum deſinentem fuiſſe prodiderunt.

Sanchuniathon Berytenſis, Philone Biblio interprete apud Euſebium primo præparat. Euang. Phœnices, ςήλας τε καὶ ῥάβδους ἀφιέρων ἐξ ὀνόματος αὐτῶν. *Columnas & bacillos Deorum nomine conſecrarunt.*

82 Ἰησοῦς δ' ἱερεῖο διέστιχεν ἔνδοθι νηοῦ,
In medio Chriſtus poſuit veſtigia templo.)

Videtur tamen extra templum fuiſſe porticus Salomonis. Siue eam eſſe dicamus, quæ tertio Regum cap. 6. deſcribitur, *Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, &c.* Siue eam, cuius Ioſephus lib. 5. c. 14. belli Iudaici facit mentionem. τοῦ δὲ βασιλέως Σαλομῶνος, ὃς δὴ καὶ τὸν ναὸν ἔκτισε, τὸ κατ' ἀνατολὰς μέρος ἐκτειχίσαντος, ἐπετέθη, στοὰ τῷ χώματι. *Cùm verò Salomon, qui & templum extruxit, partem quæ ad Orientem vergit muro ſepſiſſet, aggeri porticus impoſita eſt.* Et clariùs lib. 20. antiquitatis Iudaicæ cap. 8. Ἐπεῖθεν τὸν βασιλέα τὴν ἀνατολικὴν στόαν ἀναγεῖραι. ἦν δὲ ἡ στοὰ τοῦ μὲν ἔξωθεν ἱεροῦ, κειμένη μὲν ἐν φάραγγι βαθείᾳ, τετρακοσίων πηχῶν τοὺς τοίχους ἔχουσα, ἐκ λίθων δὲ τετραγώνων κατεσκεύαστο, καὶ λευκῶν πάνυ, τὸ μὲν μῆκος ἑκάστου λίθου πήχεις εἴκοσι. τὸ δ' ὕψος ἓξ ἔργον Σαλαμῶνος, &c. *Suaſit Regi vt Orientalem inſtauraret porticum. ea templi extima claudebat, profunda valli & anguſtæ imminens, ac proinde ſubnixa muro quadringentos alto cubitos, ſaxis conſtructo quadratis, valde candidis. eratque cuiuſque ſaxi longitudo cubitorum viginti, ſex verò altitudo:*

opus Salomonis. E quibus vides hanc porticum extra tẽplum fuiſſe, ſed etiam cauſam aduertis cur templo diruto tot ſecula durauerit. Adde quod horum lapidum coagmentationem deſcribens ait lib. 15. ant. Iud. c. 14. Τὰ δ' ἐντὸς σιδήρῳ διησφαλισμένα συνέχειν τὰς ἁρμογὰς ἀκινήτους τῷ παντὶ χρόνῳ. *Interiora ferro vincta iuncturas continent contra omnem temporis iniuriam firmiſſimas.*

83 Θέσκελον αἰθούσης πολυδαίδαλον οὖδας ὁδεύων.

Diuinum porticus varium pauimentũ inambulans.) Horum epithetorum ratio è porticus deſcriptione conſtabit. Ioſephus libro 5. de bello Iudaico, c. 14. Διπλαῖ μὲν γὰρ αἱ στοαὶ πᾶσαι· κίονες δ' αὐταῖς εἰκοσιπέντε πηχῶν τὸ ὕψος ἐφεστήκεσαν, μονόλιθοι λευκοτάτης μαρμάρου, κεδρίνοις δὲ φατνώμασιν ὠρόφοντο: *Duplices enim erant porticus omnes, in his columnæ ſurgebant altitudine quinque & viginti cubitorum, & ſingulis ſingulæ lapidibus, quas laquearia cedrina protegebant.* Et quod ſubiungit de area, id potiori iure de porticibus debet intelligi. Τὸ δ' ὕπαιθρον ἅπαν πεποίκιλτο παντοδαπῶν λίθων κατεστρωμένον. *Subdiale verò ſiue impluuium variabatur omnimodis lapidibus ſtratum.*

102 Ἑλιξὶ.) Nitor & elegantia verſus poſtulat, vt vno iota detracto, ſic legamus,

Αὐτομάτοις ἁψῖσιν ἕλιξ κυκλούμενος αἰών.
Fornice natiuo verſatile voluitur æuum.

Non vt vertit interpres, ſpontaneis arcuatis volutionibus circuiens ſeculum. hîc enim ni fallor αὐτόματον idem eſt, atque αὐτοφυὴς, & non coacto, ſed artefacto opponitur. multo minus αὐτόματον eſt, vt capit Ariſtoteles, τὸ κατὰ συμβεβηκὸς caſuale: quaſi verò cœlum fortuitis conuerſionibus volueretur.

118 Οφρα σε πετρήεντι καταχρύψωσι χιτῶνι.
Vt tu ſaxorum tunica tegereris ab illis.)
Homerica locutio. Hector 3. Iliados,

Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, κακῶν ἕνεκ' ὅσσα ἔοργας.
Saxorum induerent tunica pro crimine Troes.

Nec abludit ille verſus cap. 20. infrà,

Μεταχθονίου γυμνούμενα γυῖα χιτῶνος.
Terreſtri tunica membra nudata.

125 Οἷς τότε μοῦνον ἵκανε Θεοῦ λόγος ἶσος ὀνείρῳ.)
Elegans interpretatio. Si in Scriptura dicti ſunt ij Dij, quibus verbum diuinum ſomnij inſtar, & quaſi per nebulam adfuit: quanto magis ego Deus dicendus ſum: cuius humana natura ſic vincta eſt verbo diuino, vt eius infuſione ſit quodammodo delibuta.

135 Εργοις ἡμετέροις, τάπερ ἔδρακε μάρτυς ὀπωπή.)
Manca eſt & hiulca ſententia, legerem niſi antiquitatis reuerentia prohiberet,

Εργοις ἡμετέροις πιστεύετε, μάρτυς ὀπωπή, &c.

Vel potiùs, nihil è priore verſu mutarem, & hunc adiungerem, quæ repetitio Poëtæ ſatis eſt vſitata:

Εργοις ἡμετέροις, τάπερ ἔδρακε μάρτυς ὀπωπή,
Εργοις ἡμετέροις πιστεύετε, μάρτυς ὀπωπή,
Οφρα κε γινώσκοιτε, &c.
Noſtris operibus, quæ vidit teſtis oculus,
Noſtris operibus credite, teſtis (eſt) oculus,
Vt cognoſcatis, &c.

IN CAPVT XI.

9 NΟΥσαλέῳ βαρύγουνος ἱμάσσετο σύγγονος ἄτμῳ.) Quia nimirum febris ita corpus fatigat, vt tamen non minima pars laſſitudinis ad genua dimanet: propter eandem rationem, qua ſecundo Metamorphoſeon timor à genuum tremore deſcribitur.

116 Δάκρυσι νικηθεῖσα μόλις πορθμεύετο φωνή.) Pene ad verbum ex Marone vndecimo Æneidos,

Et via vix tandem voci laxata dolore eſt.

122 Πνεύματι πατρῴῳ δεδονημένος.) Textus habet, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι, *infremuit ſpiritu*, videtur in eorum fuiſſe ſententia, qui, vt ait Maldonatus, *ſpiritum pro diuinitate*, & ἐμβριμᾶσθαι pro iraſci accipientes ſenſum eſſe putauerunt, ſpiritu, id eſt diuina virtute ſua ſeſe excitaſſe, ſeſe paraſſe, veluti ad committendum cum morte, & cum mortis auctore diabolo certamen, quẽadmodum Theodorus Heracleotes inter Græcos, Rupertus inter Latinos videntur interpretari.

150 Αἴκε φυλάξῃς

Χείλεσιν ὑμετέροισι σοφὴν σφρηγῖδα σιωπῆς.

Si tacita in labris poteris ſeruare ſigillum.)

Notum eſt illud Alexãdri, qui cùm litteras quaſdam Hephæſtioni ſilentio ſeruandas oſtendiſſet, προσέθηκε τῷ ἐκείνου στόματι τὴν σφραγῖδα. *Eius ori ſigillum appoſuit*; ait Plutarchus in eius vita.

174 ---Θαμβαλέῳ δὲ Ἰσταμένῳ νεφεληδόν.)

Scio illud νεφεληδὸν coniungi poſſe cum ἱσταμένῳ, vt

pro confecta multitudine capiatur. Vt apud Virgilium,

Vrgeri volucrum denſarum ad littora nubem.

Tamen ſi ad θαμβαλέῳ referamus, id erit quod aiunt vernaculi, *eſtonné comme s'il eſtoit tombé des nuës.*

378 Συδάειον τὸ πὰρ εἶπε Σύρων ςόμα.) Immò Latinorum. atque hinc aduertas, & Latinæ, & Syriacæ linguæ fuiſſe imperitum, in quo ſe ita pulchrum & beatum putauit, vt cap. 2. repetierit,

Συδάειον τὸ πὰρ εἶπε Σύρων ἐπιδήμιος αὐδή.

195 Πρωτόθρονος ἕζετο βουλή.) Ioannes συνέδειον meritò πρωτόθρονον βουλὴν appellat, vel ratione originis, vel dignitatis. Originis, quia iam tum à Moyſis tēpore id conſilium conſilio Iethro ſoceri fuerat inſtitutum. Exo. 19. & alibi. Dignitatis, quia de maximis quibuſq; rebus iudicabant, adeo vt quādam Athenienſis Areopagi ſpeciem exhiberent, vnde & in eo Senatum Herodes ſubiit iudicium. Ioſephus lib. 14. antiquitatis Iudaicæ cap. 17.

205 Ος τότε κείνου

Αρχιερεὺς λυκάβαντος ἔην ὀχετηγὸς ἑορτῆς.) Opinor Principem Sacerdotum ὀχετηγὸν ἑορτῆς hîc nominari, quòd Sacerdotes quaſi ſolenni ritu feſtum aduehentes, noctu templi ianuas aperirent. Ioſephus 18. antiquitatis cap. 3. Τῶν ἀζύμων τῆς ἑορτῆς ἀγομένης ἣν πάσχα καλοῦμεν, ἐκ μέσης νυκτὸς ἐν ἔθει τοῖς ἱερεῦσιν ἦν ἀνοιγνύναι τοῦ ἱεροῦ τοὺς πυλῶνας. *Cùm azymorum feſtum ageretur, quod Paſcha dicimus, in more poſitum erat, vt Sacerdotes à media nocte templi ianuas aperirent.* Vel quod cùm alij Sacerdotes alia Sabbatha, ipſe Pontifex aut ſaltem aliquis è principibus Sacerdotum Sabbathum paſchatis

tubæ clangore indiceret in ſummo paſtaphoriorum faſtigio. Ἔνθα τῶν ἱερέων τις ἐξ ἔθους ἱστάμενος ἑκάστην ἑβδομάδα εἰσιοῦσαν προεσήμαινε σάλπιγγι δείλης, καὶ τελεσθεῖσαν αὖθις περὶ ἑσπέραν. ὅτε μὲν ἀνείργειν τῷ λαῷ μεταγγέλλων. ὅτε δ' ἔργων ἔχεσθαι. *Vbi Sacerdotum aliquis pro more ſtans, ſingulorum Sabbathorum initia ſub crepuſculum, & finem ſub veſperam tuba denuntiabat: nunc populo quietem nuntians, nunc laborem.* Et verò licet indecorum videri poſſit ſummum Sacerdotem tubam plenis buccis inflare, tamen indecorum non fuit tubicini præire præcinentem. Cæterùm pro ἀνείργειν libenter emēdarim ἀργεῖν. Hinc Poëta nodum difficilem extricat, cur Caiphas Pōtifex illius anni dicatur. lego ſine diſtinctione,

--- ὃς τότε κείνου,
Ἀρχιερεὺς λυκάβαντος ἔην ὀχετηγὸς ἑορτῆς.
---Summus quippe ille Sacerdos,
Tunc erat illius qui feſtum induceret anni.

Conſtat apud omnes pręter ſummū Sacerdotem, alios quatuor & viginti fuiſſe, qui Principes Sacerdotum dicerētur. Eos inter ſe & cum ſummo Pontifice noſter inſinuat, vel quemdam ſeruaſſe ordinem, vel ſaltem ſingulis annis ſortitos fuiſſe, quis ex omnibus Sabbathum Paſchatis indiceret. Eumque illius anni Pontificem vocabant, cui vel ordo vicis, vel ſors obuenerat. Vult igitur Poëta Caipham illius anni Pōtificem peculiari quadam ratione dictum, nō quod ſummo Sacerdotio fungeretur, nō enim eam ob rem huius potiùs, quàm aliorum annorum, quibus Pontificatum geſſit, Pontifex dici potuiſſet, ſed quòd eo peculiariter anno Caiphæ, qui cæteroquin erat ſummus Sacerdos, vel ſorte, vel *ſecundum ordinem vicis ſuæ*, Paſchatis indicendi munus obtigiſſet.

IN CAPVT XII.

9 EIς δ' ἦν δαιτυμόνων ἔτι Λάζαρος ἶσος ὀνείρῳ.) Alio ſenſu ſuperius nunc ἶσος ὀνείρῳ, quod ſpectantes in ſtuporem adduceret. Oppianus 1. ἁλιευτικῶν verſu 235.

Ναῦται δὲ τρομέουσιν ἀείδελα δεσμὰ θαλάσσης,
Δερκόμενοι, καὶ θάμβος ἴσον λεύσσοντες ὀνείρῳ.
At nautæ trepidant ad vincla latentia ponti,
Spectantes, monſtrumque vt ſomnia vana videntes.

85 Ὀπιπευτῆρες ἑορτῆς. *Spectatores feſti.*) Ioannes ait; *vt adorarent in die feſto.* Noſter etiam adorationis modum expreſſit, quòd Gentiles feſtum & ſacrificia ex atrio Gentium ſpectarent, non autem Sanctum ingrederentur, aut etiam ſacrificiis intereſſent. Ioſephus lib. 5. de excidio, c. 4. Εἱστήκεσαν ἐξ ἴσου διαστήματος στῆλαι, τὸν τῆς ἁγνείας προσημαίνουσαι νόμον, αἱ μὲν ἑλληνικοῖς, αἱ δὲ Ῥωμαϊκοῖς γράμμασι, μὴ δεῖν ἀλλόφυλον ἐντὸς τοῦ ἁγίου παριέναι. τὸ γὰρ δεύτερον ἱερὸν ἅγιον ἐκαλεῖτο. *Stabant æquo interuallo columnæ, quæ leges religionis tum Græcis, tum Latinis litteris continerent, fas non eſſe alienigenis ad Sanctum accedere, ſecundum enim templum Sanctum dicebatur.* Quare non idem eſt ὀπιπευτὴρ, quod ἐπόπτης. nam ὀπιπευτὴρ fuit, qui tanquam profanus è longinquo ſpectabat. ἐπόπτης autem qui maximis & auguſtiſſimis cæremoniis erat initiatus. Suidas. Λέγονται ἐν ἀρχῇ μὲν μύσται. μετ' ἐνιαυτὸν δὲ, ἐπόπται καὶ ἔφοροι. *In principio quidem myſtæ, poſt annum verò epoptæ & ephori nominantur.* Plutarchus in Demetrio conſulatur.

101 Ψυχὴν ὃς συγέει πανακήρατον.) Senſus implicatus & obſcurus, quaſi verò animam noſtram immortalem odiſſe iubeamur. Quanto liquidior Auguſtini interpretatio tractatu 51. in Ioannem; *Noli amare in hac vita, ne perdas in altera vita.* Vt ſenſus ſit qui animam ſuam, & vitam hanc mortalem, non ita amat, vt eam fugiat honeſtati, & virtuti impendere, is in vitam æternam cuſtodit eam. Neque alia erit Poëtæ ſententia, ſi verſum hac interpunctione diſtinxeris:

Ψυχὴν δ' ὃς συγέει, πανακήρατος ἔμπεδον αὐτὴν, &c.

vt τὸ πανακήρατον, non ad συγέει, ſed ad φυλάσσει referatur.

122 Νῦν ζαθέη κόσμοιο πέλει κρίσις.) Malim ζαθέη. *Nunc diuinum orbis eſt iudicium.* Nam hoc loco mundi nomen in malam partem vſurpat.

138 Βαιὸν ἐν ὑμῖν, &c.) Clara & nobilis interpretatio. cùm ambiguitas Latinæ verſionis, vt notat Maldonatus noſter, fefellerit Auguſtinum, Bedam, Rupertum, Bernardum, Lyranum, & alios paſſim Latinos interpretes. at Græci ferè omnes cum Poëta noſtro conſentiunt.

168 Ἀρχὴ Ἰουδαίων ὑψαυχένος ὄμματα βουλῆς.) Libenter legerem ἀρχοὶ, niſi abhorrerem ab omni nouitate, niſi cùm neceſſitas cogit innouare. Dicit autem ὄμματα βουλῆς, eodem ſenſu quo Marcus Tullius *lumina Senatus* paſſim vſurpat.

118 Ὅς με παρηγχάψατο.) Id eſt, *Qui petitionem meam quadam exceptione ſummouerit.* Hoc enim verbum à iudiciis, & foro deductum eſt. Suidas, παραγράφεται, ἐξουθενεῖ, παραιτεῖται, ἀποβάλλεται. *Præſcribit, antiquat, excuſat, reycit*: cùm videlicet, vt

paulò pòſt explicat, dicit orator, *μὴ δεῖν ἔτι περὶ αὐτῶ συνίσταθαι κρίσιν.* *Non oportere amplius ea de re conſtitui quæſtionem.* Vnde vt notat Budæus in Commentariis, huiuſmodi cauſæ *Peremptoriæ* nominantur. impediunt enim litis inſtaurationem ſtatim ab initio, quaſi iudicij ingreſſum, vt in illa oratione πρὸς Παντωίνετον, quam ſic exorditur Orator. Δεδωκότων, ὦ ἄνδρες δικαςαὶ, τῶν νόμων παραγράψαθαι περὶ ὧν ἄν τις ἀφεὶς, καὶ ἀπαλλάξας δικάζηται, γεγενημένων ἀμφοτέρων μοι τούτων, πρὸς Παντωίνετον τουτονὶ, παρεγραψάμην, ὡς ἠκούσατε ἀρτίως, μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην. *Cùm leges permittant, iudices, præſcribere & exceptione ſubmouere petitionem, de his à quibus quis iudicatus fuerit, & abſolutus, cumque ea duo obtinuerim, aduerſus hunc Pantænetum, ſtatim, vt audiuiſtis, præſcripſi, hanc rem non eſſe denuò iudicandam.*

IN CAPVT XIII.

21 Θυμβρεὰς αὐδὴ.) Alij legerunt τυμβεὰς, & vocem ſepulchralem intelligunt. Legerim θυμβρεὰς αὐδὴ. Id eſt lingua Tiberina ſiue Latina: Tiberim enim Græci θύμβριν nominabant. Dionyſius in periegeſi verſu 352.

Θύμβρεις ἑλισσόμενος καθαρὸν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει,
Θύμβρεις ἐυῤῥείτης ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων,
Θύμβρεις ὃς ἱμερτὴν ἀποτέμνεται ἄνδιχα Ῥώμην,
Ῥώμην τιμήεσσαν ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων.
Tybris in æquoreas liquidus deuoluitur vndas,
Corniger heſperidum fluuius regnator aquarum.

Tybris Romulidum magnam qui diuidit vrbem
Romam vbi noſtrorum ſunt alta Palatia Regum.

26 Ἀρχόμενος Σίμωνος ἕως ἰδίοιο φονῆος.

A Petro incipiens, tum tandem homicida lauetur.) Origenes, Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius, & Leontius contrarium ſentiunt: quaſi à Iuda proditore incœperit, donec tandem ad Petrum deueniret. At Auguſtinus, Beda, Rupertus, & alij paſſim interpretes Nonni ſententiam longè cæteris interpretationibus anteponunt. Alij alias adferunt rationes, noſter vnam, ſed luculentam vno verbo complectitur Πρεσβυτέρῳ. Quod non ad ætatem transferri debet, ſed ad dignitatem, qua præ cæteris Apoſtolis eminebat, nam de ætate ſi agatur, conſtat Andream ſaltem Petro fuiſſe ſeniorem. Epiphanius hær. 52. Ἡ μὲν γὰρ συναύτησις τῷ Ἀνδρέᾳ πρώτη γέγονεν. μικροτέρου ὄντος τοῦ Πέτρου τῷ χρόνῳ τῆς ἡλικίας. *Occurſus enim Andreæ primus contigit, cùm minor eſſet Petrus tempore ætatis.* Iam πρέσβος apud Poëtas frequenter venerationis & dignitatis. Homerus Iliados 3. verſu 721.

Ἥρη πρέσβα θεὰ θυγάτηρ μεγάλοιο Κρόνοιο.
Iuno Saturni ſoboles veneranda potentis.
Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη ἣ πάντας ἀᾶται.
Nata Iouis veneranda Ate quæ noxia cunctis.

Eodem ſenſu Odyſſ. γ. verſu 142.

χαλεπὸν δέκεν εἴη,
Πρεσβύτατον καὶ ἄριστον ἀτιμίησιν ἰάλλειν.
Difficile eſt inhonoratum dimittere cunctis
Præſtantem, quo non antiquior vllus.

Et hymno in Venerē de Veſta ita loquitur v. 31.

Πᾶσιν δ᾽ ἐν νηοῖσι θεῶν τιμάοχός ἐστι,
Καὶ παρὰ πᾶσι βροτοῖσι θεῶν πρέσβειρα τέτυκται.

Omnibus in diuûm templis celebratur honore,
Inque hominum votis eſt antiquiſsima diuûm.

Item Hymno in Veſtam & Mercurium.

Ἕδρην ἀΐδιον ἔλαχες πρεσβηΐδα τιμήν.
Æternam ſedem, antiquos ſortiris honores.

Et Iliados θ. verſu 189.

Πρώτῳ τοι μετ' ἐμὲ πρεσβήϊον ἐν χερὶ θήσω.
Primus honorato poſt me tu munere gaude.

Πρεσβήϊον *honoratum munus*, ſiue potius *honorarium*.

58 Καὶ παλάμης ἀγκῶνα παλινδίνητον ἐρείσας.
Ἀκρότατον περὶ κύκλον ἐϋστόρνοιο τραπέζης.)

Innuit hoc loco Chriſtum Dominũ non aſſediſſe, vt vulgò ſolemus, ſed accubuiſſe more veterum. Omitto ſexcẽtos. Valerius l. 2. c. 1. *Fœminæ cũ viris cœnantibus ſedentes cœnitabant: quæ conſuetudo ex hominũ conuictu ad diuina penetrauit. Nam Iouis epulæ ipſæ in lectulũ, Iuno & Minerua in ſellas ad cœnã inuitabantur. Quod genus ſeueritatis ætas noſtra diligẽtius in Capitolio, quã in ſuis domibus ſeruat. videlicet quia magis ad rẽ pertinet earum, quàm mulierum diſciplinã contineri.* Lucianus in Lapithis alludit; Ἐκέλευε θρόνον τινὰ λαβόντα καθίζεσθαι, &c. ὁ δ' ἄπαγέ φησι γυναικεῖον λέγεις, καὶ μαλθακὸν ἐπὶ θρόνου καθίζεσθαι, ἢ σκίμποδος, ὥσπερ ὑμεῖς ἐπὶ μαλθακῆς ταύτης εὐνῆς μικροῦ δεῖν ὕπτιοι κατακείμενοι ἑστιᾶσθε πορφυρείδας ὑποβεβλημένοι. ἐγὼ δὲ καὶ ὄρθος ἅδην δειπνήσομαι. Sic autem accumbebãt, vt nec omnino ſederẽt, nec omnino iacerẽt, ſed medio quodam ſitu, ſubiectis ceruicalibus vterentur. Lãpridius in Heliogabalo ſubalares culcitras appellat. *Nec cubuit in accubitis facile, niſi his, quæ pilũ leporinũ haberent, aut plumas perdicum ſubalares ſæpè culcitras mutãs.* Ita vt appreſſo culcitrę vel etiam menſæ cubito niterentur. vnde & noſter, Ἀγκῶνα παλινδίνητον ἐρείσας. *Cubitum reuolutum fulciens*. Horatius,

Languidus in cubitum ſeſe conuiua reponet.

Et lib. 1. Carminum,

Et cubito remanete preſſo.

Vide etiam Plutarchum in conuiualibus quęſtionibus lib. 5. problemate 6. τίς αἰτία τῆς ἐν ἀρχῇ στενοχωρίας τῶν δειπνούντων, εἶτα ὕστερον εὐρυχωρίας. *Quæ cauſa & cur conuiuantes initio anguſtè accumbant, deinde cœna ad finem vergente locum habeant laxiorem.* Eam reddit rationem, quod initio manum ferculis crebrius admouentes proni, quodammodo in menſam procliues accubent, at iam cibis expleti in latus & cubitum ſe reponant, quo ſitu corporis longè minus loci occupatur. Meritò igitur Chriſtus Dominus, cùm agnum iam ediſſet, in cubitum ſe repoſuit. Neque enim tam recubabat vt cœnaret, quàm vt & diuinam Euchariſtiam inſtitueret, & cum diſcipulis amicè loqueretur. Situs autem loquentis in conuiuio pulchrè ab Apuleio deſcribitur lib. 2. Metamorphoſis: *Aggeratis in cumulum ſtragulis, & effultis in cubitum, ſubiectiſque in torum, porrigit dextram, & inſtar Oratorum conformat articulum, duobuſque infimis concluſis digitis, cæteros eminus porrigens, & infeſto pollice clementer ſubrigens, infit Telephron, &c.*

59 Ἀκρότατον περὶ κύκλον.) Hoc verſu locus oſtenditur in quo Chriſtus recubabat, in ſumma videlicet parte illius ſemi circuli, quem menſa conficiebat inſtar antiquæ litterę σίγμα, C, vnde factum eſt, vt à litteræ figura ſigma diceretur. Circa autem huiuſmodi ſigmata tres lectuli diſcubitorij erant ordine collocati, & medius quidem illius menſæ ſemi orbiculatæ medium, & quaſi ven-

trem ſtipabat, duo extremi medium ex vtroque latere obſidentes, duas extremas menſæ partes ſepiebant. Sed hæc obuia ſunt, & alibi fortaſſe fuſiùs differemus. Nunc pergamus difficultatem detexere. Plutarchus in quæſtionibus conuiualibus, problemate 3. Διὰ τί τῶν τόπων ὁ καλούμενος ὑπατικὸς ἔχει τιμήν. *Cur cæteris locis præferretur locus conſularis.* Ἄλλοι γὰρ ἄλλοις, inquit, ἔντιμοι. Πέρσαις μὲν ὁ μεσαίτατος, ἐφ' οὗ κατακλίνεται ὁ βασιλεύς. Ἕλλησι δ' ὁ πρῶτος. Ῥωμαίοις δὲ ὁ τῆς μέσης κλίνης τελευταῖος, ὃν ὑπατικὸν προσαγορεύουσι. *Alius enim apud alios locus honoratior, vt Perſis medius, quem accumbens Rex occupat, videtur honeſtiſsimus: apud Græcos primus: apud Romanos medij lecti vltimus, quem ipſi conſularem appellant.* Iudæos probabilis eſt coniectura eandem in accubitu cum Romanis iniſſe rationem, ſiquidem longè maius cum iis, quàm cum cæteris gentibus habuere commercium. Et verò quis non exiſtimet Simonem Leproſum primas ſedes Chriſto Domino hoſpitij iure detuliſſe? Aut ſaltem cùm eum Lazarus, miniſtrante Martha, iam à mortuis excitatus, excepit conuiuio, quis eum non putet in honoratiſſimo loco cubuiſſe? At ſi vel ſupremum cuiuſcũque lecti, vel medium locum occupaſſet, haudquaquam mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, eius pedes lachrymis rigare, & Magdalena eoſdem vnguento imbuere potuiſſet: epulantium enim aliquis iuxta recubans ſui corporis obiectu, tam piis eius officiis obſtitiſſet. Quare dicendum eſt eum in extrema medij lecti parte tum cubuiſſe, cùm à Lazaro & Simone Leproſo exceptus eſt. At de cœna vltima dici non poteſt: quomodo enim ſi

vltimus fuiſſet in thoro, diſcipulus quem diligebat, in eius gremium ſe reclinare potuiſſet? Quare ſic ſtatuendum puto locum conſularem, id eſt, medij lecti poſtremum à Chriſto Domino Apoſtolorum Principi fuiſſe delatum, ipſum in eo loco cubuiſſe, quem Patres familias, & epularum exhibitores in conuiuiis obtinebant, id eſt infimi lecti ſupremum. Plutarchus loco citato. *Τῶν δυοῖν κλινῶν ἀποδεδειγμένων τοῖς παρακεκλημένοις. ἡ τρίτη καὶ ταύτης ὁ πρῶτος τόπος μάλιστα τοῦ ἑστιῶντός ἐστιν, ἐνταῦθα γὰρ, ὥσπερ ἡνίοχος, ἢ κυβερνήτης ἐπὶ δεξιὰ πρὸς τὴν ἐπίβλεψιν ἐξικνεῖται τῆς ὑπηρεσίας. καὶ τοῦ φιλοφρονεῖσθαι, καὶ τοῦ διαλέγεσθαι τοῖς παροῦσιν, οὐκ ἀπήρτηται τῶν συνέγγιστα τόπων. ὁ μὲν γὰρ ὑπ' αὐτὸν ἢ γυναικῶν ἢ παίδων ἐστίν. ὁ δ' ὑπὲρ αὐτὸν εἰκότως τῷ μάλιστα τιμωμένῳ τῶν κεκλημένων ἀποδέδοται, ἵνα ἐγγὺς ᾖ τοῦ ἑστιῶντος. Cùm duo lecti inuitatis tribuantur, tertius, eiuſque primus locus Domino congruit: ex eo enim tanquam auriga ac gubernator, facile & miniſteria intueri, & ab aliis ita longè non abeſt, vt eos & humaniter inuitare, & alloqui non poſſit: locus enim infra eum vxoris eſt & liberorum, qui ſupra, vt par eſt, tribuitur conuiuarum honoratiſſimo iuxta Dominum conuiuij.* Sic in fragmentis Salluſtij in conuiuio Perpernæ, Sertorius inferior in medio lecto deſcribitur, & innuitur ipſe Perperna ſupremum tertij tenuiſſe. Iam in Domini conuiuij ſinu, coniux, liberi, & eius amores interdum ac delitiæ recubabant, vt ait Plutarchus, idque in nuptiarum ritibus ſeruare conſuerant. Catullus in Manlij epithalamio:

Aſpice vnus vt accubans,
Vir tuus Tyrio in thoro

Totus immineat tibi.

Et Iuuenalis:

Et in gremio iacuit noua nupta mariti.

Neque enim in ſinu ſolùm iacebant, ſed etiam ſupra pectus ſe reclinabant interdum Ouidius, amorum elegia 4. matronam cum marito epulaturam alloquens, cùm dixiſſet,

Sinu dextram ſubiecta fouebis,

eam monet in hunc modum,

Mite nec in rigido pectore pone caput.

Xiphilinus ex Dione in Auito. Ἔν τε τοῖς στέρνοις αὐτοῦ κατεκλίθη καὶ τοῖς κόλποις, ὥσπερ ἐρωμένη, δεῖπνον εἵλετο: *Et in eius pectore recubuit, & in eius ſinu, velut amica, cœnauit.* Quid igitur mirum, ſi Chriſtus in illa cœna poſtrema, qua ſibi deſpondebat Eccleſiam, & animas præcipuè caſtas, dedicaturus in Ioanne priuilegium caſtitatis, eum tanquam filium, & ſponſam in ſinu ſuo iacere, & caput in pectus illud diuinum reclinare permiſit? De loco Domini conuiuij, notandum & illud ex Satyrico Petronij de Trimalcione, qui conuiuium exhibebat. *Iam omnes diſcubuerant, præter ipſum Trimalcionem, cui locus nouo more primus ſeruabatur*: Vnum eſt quod huic ordini repugnare videatur. Si enim Chriſtus Dominus inter Petrum, in vltimo ſuperioris thori loco iacentem, & Ioannem in ſinu ſuo poſitum recubuit, quomodo *innuit ei Simon Petrus, & dixit ei, quis eſt de quo dicit?* Reſpondeo nullam in Græcis locutionis fieri mentionem, Νεύει οὖν τούτῳ Σίμων Πέτρος πυθέσθαι, τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει; *Innuit igitur ei Simon Petrus, vt interroget, quis ſit ille de quo loquitur:*

Et ſanè ſi tam vicini erant, vt ſibi inuicem in aurem inſuſurrarent, nihil fuiſſet Petro abſurdius, qui tam intempeſtiuis nutibus vteretur. quare interpretis Latini verba de muta illa nutuum locutione interpretor, vt Nonnus eleganter:

Τούτῳ Πέτρος ἔνευσε, λάλῳ δ' ἐρέεινε σιωπῇ.

Neque verò nouum eſt locutionem nutibus, oculis, & vultui tribuere: vultus enim, vt ait Tullius, *ſermo quidam tacitus mentis eſt.* Ouidius de arte,

Sæpè tacens vocem, verbaque vultus habet.

Sic Tibullus elegia vltima lib. 2. *oculos loquaces* appellat. Sanctus Orientius commonitorio:

Nam malè permixto ludentia lumina viſu,
Blandè ſæpè ſolent ore tacente loqui.

III. Καὶ εἰς δέπας ἔμπλεον οἴνου βάψας ὕστατον ἄρτον.) Videtur in ea fuiſſe ſententia, vt Chriſtus corpus ſuum, & panis ſpecies vini ſpeciebus intinctas Iudæ porrexerit. Alij & meritò quidem diſſentiunt, neque enim ſimul, ſed ſeorſim corpus, ſeorſim ſanguinem, vt narrant Euangeliſtæ porrexit. Cui verò liquori panem intinxerit conſtat ex Hebræorum rituali, cuius verba à doctiſſimo Baronio proferuntur, *In paſchali conuiuio poſterior quæ eſſet menſa, non vt in aliis dierum feſtorum ſecundis cœnarum menſis bellaria apponebantur, ſed tantum à lege ſtatutus cibus, nimirum primo loco embamma ex intybis & lactucis agreſtibus factum, aliiſque rebus conditum, inque illud primum Paterfamilias intingebat offam azymam, mox cæteri, ſicque conſumebatur.* Atque Ioannes vt oſtenderet Iudam ante ſanctæ Euchariſtiæ perceptionem abiiſſe, ſubiecit: *Cùm ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit continuò.*

tinuò. τὸ ψωμίον, buccellam, offam. Non eſt autem offa iuſculum quoddam, vt vulgus exiſtimat, ſed potius carnis buccella condimentis quibuſdam, melle potiſſimùm & frugibus temperata. Virgilius in 6.

Melle ſoporatam & medicatis frugibus offam.

Vide Lacerdam, & alios interpretes; *exiuit continuò*; videlicet ante ſolemnem apud Iudæos tortæ azymæ, & vini diſtributionem. quo in ritu probabiliſſimum eſt diuinam Euchariſtiam fuiſſe inſtitutam, in rituali Hebræorum verbis citatis proximè ſubnectitur. *Deinde idem Pater familias tortam azymam ſub mappa hactenus ſeruatam, in fruſta frangebat, in tot particulas illam diuidens, quot eſſent in cœna diſcumbentes, ſicque diuiſam ſingulis porrigebat, quo facto ipſe poculum deguſtatum tradebat proximo, ille ſecundo, donec poculum per totum conuiuium circumferretur.*

120 Δνεατίλω ὅπ χῆλόν.) Loculi fuerunt arcula quędam lignea, quam Ioannes γλωσσόκομον appellat, ſic dicta propriè, quòd in ea libiarum lingulæ ponerentur. Vide Galenum comment. 2. de fracturis 64. vbi poſtquam dixit multa in eiuſmodi arculis reponi, ſubdit, ἔνιοι δὲ εἰς ὁδοιπορείας χρῶνται: *Nonnulli verò in itineribus iis vtuntur.* Hos igitur loculos ligneos appellat Poëta, quales fuerunt tenuiorum, cùm lautiores eburneis vterentur. Iuuenalis ſat. 13.

--- Gemmaque Princeps
Sardoniche, loculis quæ cuſtoditur eburnis.

Ouidius 6. Faſtorum ſub fine de Æſculapio herbas ad reddendam Hippolyto vitam exerente:

Gramina continuò loculis depromit eburnis.

e

IN CAPVT XIV.

7 OTι προκέλευθος ὁδεύσω.) Græcus textus non habet particulam, ὅτι, ſic, ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν. εἰ δὲ μὴ, εἶπον ἂν ὑμῖν, πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν. *In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si verò non, dixiſſem vobis vtique, vado parare vobis locum.* Latinus Interpres, *Si quo minus dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum.* Maldonatus propter particulam, *quia*, intricatiorem Latinam orationem eſſe exiſtimat. Crediderim ego hanc particulam perſpicuitatis cauſa Latinum interpretem addidiſſe. Quod vidit etiam Nonnus, ex quo hunc obſcuriſſimi loci, & in varias interpretationes diſtracti ſenſum elicio. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, ſi non eſſent multæ manſiones, dixiſſem vobis non eſſe multas, nec id ſecretum vos celare voluiſſem.* Cauſam autem cur dixiſſet ſubiungens occurrit tacitæ diſcipulorum cogitationi, qui ſuſpicari poterant, id Chriſtum Dominum dixiſſe, non quod reuera multæ eſſent in cœlo manſiones, ſed quod vellet ipſorum perturbationem, & formidinem mitigare. *Dixiſſem vobis*, inquit, *quia vado parare vobis locum.* Ideoque nulla neceſſitas eſt mentiendi, vt poſſim vobis eſſe ſolatio. Nam etiamſi non eſſent in cœlo multæ manſiones, & cœleſte regnum præ anguſtiis paucos admodum capere poſſet, in eo ta-

men vos locum haberetis, *quia vado parare vobis locum.* Operæpretium eſt videre tricas, in quas ſe induunt multi interpretes, vt liquidiùs conſtet, quàm fœliciter. Nonnus huic interpretationi præluxerit.

62 Οὐρανόθεν πέμψειε παράκλητον μεταναστὴν
Χριστῷ σύγγονον ἄλλον.
Huc alienigenam Paracletum mittat ab aſtris
Chriſto congenerem.)

Vertit interpres, *congenitum*, ſed abſit, vt Spiritum & Verbum eodem Patre genitos eſſe dicamus; quare verto *congenerem*, quod eiuſdem ſit generis cum Patre & Filio, id eſt, eiuſdem naturæ, eiuſdemque ſubſtantiæ. Genus enim pro natura & ſubſtantia ſumi, quamuis minùs propriè nullus ignorat. Sic noſter alibi, *Ego & Pater Vnum ſumus*, ſic effert, ἓν γένος ἐσμέν. *Vnum genus ſumus*, id eſt, vna natura, vna ſubſtantia.

89. Αννάζων ἀγαπάζει.) A Bacchi ſacris deductum, qui Euan in ſacris dicitur, vnde ſolemnis Bacchantium acclamatio *Eue Bacche* 7. Ænei. Eue Atte apud Demoſthenem de corona, & alibi paſſim. Iam monuimus noſtrum Bacchicis, & dithyrambicis carminibus aſſuetum frequenter à Bacchi ſacris formulas loquendi deducere.

IN CAPVT XV.

2 Κλῆμα δὲ καλλιπέτηλον.) Elegans adiectum quo verba ſine operibus denotantur. Maximus Tyrius 15. concione: Τῶν ἐκ γῆς φυομένων παντοδαπὸς μὲν θεατὴς ὁ ὁδοιπόρος, ὁ δὲ γεωργὸς ὑγιής. ὁ μὲν ἄνθος ἐπαινεῖ φυτῶν, ὁ δὲ μέγεθος ἢ σκιάν, ὁ δὲ χρόαν. τῷ δὲ γεωργῷ ὁ καρπὸς τὸν ἔπαινον μετὰ τῆς χρείας ἔχει. *Eorum verò quæ in terra naſcuntur varius ſpectator eſt viator: at Agricola ſpectat, vt par eſt. Alter florem laudat plantarum: magnitudinem alter aut vmbram: at apud agricolam fructus cum vtilitate laudatur.* Lucianus de hæreſibus ſub finem. Τὸν καρπὸν ἀτεχνῶς ἀφέντες· οὗτος δ' ἐστὶ περὶ τὰ ἔργα, περὶ τὸν φλοιὸν ἀδολεσχεῖσθε τὰ φύλλα καταχέοντες ἀλλήλων ἐν ταῖς ὁμιλίαις. *Fructum reuera dimittentes: hic enim in operibus reperitur, circa corticem verſamini, & folia vobis inuicem in colloquiis infunditis.* Sed vide Hermam libr. 3. paſtoris ſimilitudine 4. Macarium homilia 12. Baſilium in hexameron, &c.

19 Εν ἔρνεσι μηκέτι μίμνων. *Ramis non amplius hærens.*) Legebatur in quibuſdam exemplaribus ἐν ἄρνεσι, & vertebat Interpres, *inter agnos non amplius manens.* ſed res loquitur, & mendum ſemet emendat.

24 Αἰθέριοι θεριστῆρες.) Alludit ad illud Matthæi 13. 41. *Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis.*

44 Εμὸς.) Suſpicor legendum, ἐμῆς.

IN CAPVT XVI.

19 Παρεδρήσων.) Quædam exemplaria habent παρεδρεύων, quod malim.

63 Αἴολον ἦτορ.) *Cor in varias partes ſe verſans*, vt Virgilius:

Atque animum nunc huc celerem nunc diuidit illuc,
In parteſque rapit varias, perque omnia verſat.

Porphyrius Homericarum quæſtionum 3. αἴολον deducit ἀπὸ τῆς ἀέλλης, à procella. ἡ μὲν οὖν ἄελλα ἀπὸ τοῦ ἄειν καὶ εἰλεῖν: *aella verò ſiue procella à proflando & prouoluendo.* οὕτω τὴν ποδώκη ἵππον μεταλαμβάνων, πόδας αἴολος ἵππος εἶπε. *Sic velocem equum per tranſſumptionem αἴολον nominauit.*

89 Λευκᾷ δὴ φωνῇ.) Candida voce. Durior videatur eſſe tranſlatio, tamen hanc alij etiam vſurpant. Fabius lib. 11. cap. 3. *Qualitas vocis magis varia eſt, nam eſt & candida & fuſca, & plena & exilis, & lenis & aſpera, &c.* Ariſtoteles 1. topicorum cap. penultimo. φωνὴ γὰρ λευκὴ καὶ μέλαινα λέγεται. *Vox enim alba & fuſca nominatur.* Vide fusè. Dio in Nerone. Παρῆλθέ τε καὶ αὐτὸς ὁ Νέρων ἐς τὸ θέατρον, ὀνομαστὶ πρὸς τοῦ Γαλλίωνος ἐσκηρυχθείς, &c. καί τοι, καὶ βραχὺ, καὶ μέλαν (ὥς γε παραδέδοται) φώνημα ἔχων. *Prodiit etiam in theatrum Nero nominatim citatus à Gallione, &c. quamuis & obſcuram, & fuſcam vocem haberet, vt traditur.*

110 Θέσμια μύθων λοξὰ παρατροπέων.)
Λοξὰ *obſcura & obliquè dicta.* Sic Apollo dictus eſt λοξίας, ἀπὸ τοῦ λοξῶς μαντεύεσθαι. Quod obſcurè &

obliquè futura prædiceret Auctores Plutarchus & Suidas. ὄργια item ſacra quædam erant, & occulta myſteria, quæ ſolis Baccho initiatis patebant, & in ciſtula condebantur, ne viderentur à profanis. Catullus de nuptiis Pelei & Thetidos:

Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis,
Orgia quæ fruſtra cupiunt audire profani.

Tibullus El.7.lib.1.

Et leuis occultis uncia ciſta ſacris.

Εὐρυγένειος.) *Barbatus, latam barbam habens.* Et hîc & alibi reliqui Interpretem. quamuis illud, latæ generationis, Annæ, ſiue Anano belliſſimè quadraret, niſi eſſet penitùs otioſum. Nam reuera multos liberos habuit. Ioſephus lib. 20. de antiquitate Iudaica cap. 8. ipſo initio. Τοῦτον δέ φασι τὸν πρεσβύτατον Ἄνανον εὐτυχέστατον γενέσθαι. πέντε γὰρ ἔσχε παῖδας, καὶ τούτους πάντας συνέβη ἀρχιερατεῦσαι τῷ Θεῷ. *Hunc aiunt ſeniorem Ananum fœliciſſimum extitiſſe, filios enim habuit quinque, quibus omnibus contigit, vt ſummo Dei Sacerdotio fungerentur.* Sed hoc eſſet, vt dicebam, & præter Poëtæ conſuetudinem otioſum, & noſtram interpretationem adſtruunt verba quæ proximè ſequuntur.

IN CAPVT XVII.

4 Σαρκὸς ὅλης βροτέης πρυμνήσιον ἡνιοχεύειν.
Humanæ carnis puppim qui flectit habenis.)
Vides plures metaphoras diuerſi generis quidẽ: ſed tamen aptiſſimè conglobatas. Has enim Demetrius Phalereus lib. περὶ ἑρμηνείας approbat, tanquam μὴ πόρρωθεν μετενηνεγμένας, ἀλλ' αὐτόθεν καὶ ἐκ τοῦ

ὁμοίω. *Non è longinquo tranſlatas, ſed ex ipſa re, & à ſimili.* Οἷον, ἔοικεν ἀλλήλοις στρατηγὸς, κυβερνήτης, ἡνίοχος. πάντες γὰρ οὗτοι ἄρχοντές εἰσι. ἀσφαλῶς οὖν ἐρεῖ, καὶ ὁ τὸν στρατηγὸν κυβερνήτην λέγων τῆς πόλεως, καὶ ἀνάπαλιν ὁ τὸν κυβερνήτην, ἄρχοντα τῆς νηός. *Vt ſimiles ſunt inuicem, prætor, gubernator, auriga. Omnes enim iſti ſunt Imperatores. Securè igitur loquetur, & qui magiſtratum vrbis gubernatorem, & qui gubernatorem magiſtratum nauis appellarit.*

61 Ὅσσοι λύσαιεν ἄπιστον ἀπορρίψαντες ἀήταις.)

Modus loquendi Poëtæ plurimùm vſitatus, vt cap.6.verſu 199.

Πίστιν διιπαλανέεσσιν ἀπορρίψαντες ἀέλλαις.

Et cap.7.verſu 71.

Καὶ πόθεν ὑψίστοιο Θεοῦ λόγον ἥρπασαν αὖραι.

Maro 9. Æneidos,

Multa patri portanda dabat mandata, ſed auræ
Omnia diſcerpunt, & nubibus irrita donant.

Catullus ad Alphenum,

Ventos irrita ferre ad nebulas aërias ſinis.

Et de nuptiis Pelei & Thetidos,

Quæ cuncta aërij diſcerpunt irrita venti.

Homerus Odyſſ.8.verſu 408.

Ἔπος δ' εἴπερ τι βέβακται
Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι.
Si quicquam grauius noſtro excidit ore,
Irrita ventoſis rapiantur dicta procellis.

Et alij paſſim.

IN CAPVT XVIII.

17 ΑΝεμοσκεπὲς ὄγκος ἀείρων.) Laternarũ ſyluam appellans eas innuit haſtilibus impoſitas fuiſſe. Sic Maro,

Immanem ærato circumfert agmine ſyluam.

Et Statius,

Ferratum quatit vmbro nemus.

59 Φύλαξ δ' ἱεροῖο μελάθρου.) Vel militum præſidium erat in Antonia conſtitutum, vt oſtendit Ioſephus libro antiquitatum 15. cap. vltimo. conſulatur. vel potius eam cohortem intelligit, quæ ſolebat diebus feſtis, metu tumultus, & nouarum rerum ad templi præſidium collocari. Idem libro 2. de excidio cap. 2. Συνεληλυθότος τοῦ πλήθους ἐπὶ τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς σπείρας ὑπὲρ τὴν τοῦ ἱεροῦ στοὰν ἐφεστώσης ἔνοπλοι δ' ἀεὶ τὰς ἑορτὰς παραφυλάττουσιν, ὡς μή τι νεωτερίζοι τὸ πλῆθος συνηθροισμένον, εἷς τις τῶν στρατιωτῶν ἀνασυράμενος τὴν ἐσθῆτα, καὶ κατακύψας ἀσχημόνως προσαπέστρεψε τοῖς Ἰουδαίοις τὴν ἕδραν, καὶ τῷ σχήματι φωνὴν ὁμοίαν ἐφθέγξατο. *Cùm populus ad feſtum azymorum Hieroſolymam conueniſſet, & Romanorum cohors in templi porticu conſtitiſſet, ſemper enim armati in feſtis templum cuſtodiunt, ne congregata multitudo res nouas moliatur, militum vnus veſtem deducens.* Nolo cætera explicare.

Ταρύτειχα λάτειν ἐλέγχων.) Tullius cùm Syrum, *neſcio quem de grege nouitiorum*, deſcriberet, *piloſas genas* inducit. Plato in Phædro inter alia malæ indolis indicia ponit, ſi quis ſit, *περὶ ὦτα λάσιος*, & eam ob cauſam Antiocheni Iuliano pilos & barbam exprobrabant, vt ipſe teſtatur in Miſopogone, *ὅτι ἐκ τοῦ πώγωνός μου πλέκειν δεῖ σχοίνια*: *è mea barba funes eſſe texendos*. Ioſephus libro 6. de excidio cap. 5. Sabinum ait ne iuſtum quidem militem videri potuiſſe, quia *μέλας μὲν ἦν τὴν χροίαν, ἰσχνὸς, τὴν σάρκα πεπιλημένος*, *colore niger erat, gracilis, corpore piloſus*: Lepidè Syneſius in caluitij encomio. *Ὥσπερ ἄνθρωπος τῶν ἐπὶ γῆς φρονιμώτατόν τε, καὶ ὁμοῦ ψιλότατον, οὕτως ὁμολογεῖται μὲν τῶν βοσκημάτων ἁπάντων πρόβατον ἠλιθιώτατον εἶναι, ὥστε κινδυνεύει τὸ τῶν τριχῶν τοῦτο πρᾶγμα πόλεμον ἔχειν πρὸς φρόνησιν.* *Quemadmodum homo omnium, qui in terra degunt animantium eſt, & prudentiſſimus, & pilo maximè deſtitutus, ſic in confeſſo eſt pecudum ſtupidiſſimam ouem eſſe. Quare probabile eſt inter pilos, & prudentiam bellum eſſe, & diſcordias.* Cæterùm cur Homerus *λάσιον κῆρ* tantoperè commendet, non vacat hoc loco diſquirere.

IN CAPVT XIX.

3 KAὶ ῥοπάλοις ἀχάρακτον.) Iam antè dixerat *αἰ-μασον*, vt diſcrimen inter *virgas*, ſiue *bacillos*, & *lora*, ſiue *flagella* denotaret. Tullius oratione pro Rab. perduellionis reo. *Porcia lex virgas ab omnium ciuium corpore amouit: hic miſericors flagella retulit.* Macer D. de pœnis libro 10. *Ex quibus cauſis liber fuſtibus, ex his flagellis ſeruum cædi* teſtatur. Hinc illud Terentij in Adelphis intelligas.

Ad necem operiere loris? SAN. *loris liber?*

Horatius lib. 1. ſerm. 3.

Nec ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.

Ex quibus vides ſcuticas flagellis fuiſſe leniores, & fortaſſe ob culpas pueriles. Vide Lipſium 2. de cruce cap. 3.

56 Καίσαρος ὁ φίλος ἐστὶ μονοσκήπτρου βασιλῆος.) Non opinor, quòd tunc Imperatores ordinarium ſceptri ius obtinerent: primus enim Aurelianus Imperator in mores videtur inuexiſſe, qui etiam, vt ait Victor; *Primus apud Romanos diadema capiti inuexerit: gemmiſque & aurata omni veſte, quod adhuc ferè incognitum Romanis moribus videbatur, vſus eſt.* Quare Nonnus per prolepſim μονόσκηπτρον appellat. Iam tum tamen vel in ludorum editionibus, vel in triumphis ſceptrum geſtabant, cui Aquila inſidebat. De triumphis Halicarnaſſeus libro 3. de ludis. Iuuenalis ſat. 10. Immo ſecutis temporibus ne

Imperatores quidem videntur propriè fuiſſe μονόσκηπτροι. Ius enim ordinarium ſceptri Conſulibus conceſſerant. Si bene Auſonium intelligo, qui *factus de Rhetore Conſul*, ita de ſe loquitur:

Auſonius, cuius ferulam nunc ſceptra verentur.

Et Aurelianum apud Vopiſcum in Aureliani vita: *Nam te Conſulem hodie deſigno, ſcripturus hodie ad Senatum, vt tibi deputet ſcipionem, deputet etiam faſces, hæc enim Imperator non ſolet dare, ſed à Senatu, quando fit accipere.* Μονόσκηπτρος igitur Tiberius per catachreſim, id eſt, monarcha. Ex quo vides non poſterius ſceptrum Conſulibus ordinarium fuiſſe, quàm Imperatoribus diadema.

64 Παφλάζοντι Σύρων κικλήσκετο μύθῳ.)

Ioannes habet (*Hebraicè*) noſter mauult *Syriacè*, quia tunc Hebraica lingua in Syriacam deflexerat. quod autem ait παφλάζοντι μύθῳ, Hieronymus Epiſt. ad Ruſticum: *Dum eſſem iuuenis, & ſolitudinis me deſerta vallarent, incentiua vitiorum ardoremque naturæ ferre non poteram, quem cùm crebris iciuniis frangerem, mens tamen cogitationibus æſtuabat ad quam edomandam, cuidam fratri qui ex Hebræis crediderat, me in diſciplinam dedi, vt poſt Quintiliani acumina, fluuios Ciceronis, grauitatemque Frontonis, & lenitatem Plinij, alphabetum diſcerem, & ſtridentia anhelantiaque verba meditarer:* Interpres Ariſtophanis in equitibus ipſo initio: Παφλαγόνα δὲ τὸν Κλέωνα διὰ τὸ τῆς φωνῆς ἀπηχὲς ἀπὸ τοῦ παφλάζειν ὠνόμασεν: Paphlagonem verò Cleonem, propter vocis diſſonantiam à verbo παφλάζειν *nominauit.*

94 Ὁμοτρήτῳ δὲ,&c.) Quid iſta ſibi velint ne Oedipus quidem, aut ille Loxias intelligat. Iuſtus Lipſius lib. 2. de cruce c. 9. pro ὁμοτρήτῳ legit, & bene quidem ἀμετρήτῳ, reliquam retinet lectionem, quam his verbis interpretatur. *Facit ecce magno & ſingulari clauo, pedis vtriuſque pectuſculum transfigi, & quidem vno ictu, idque pedibus mutuo impoſitis, & complicatis.* Ex quibus infert, Chriſtum Dominum videri Nonno tribus tantùm clauis in cruce confixum, quod & Gregorius Nazianzenus confirmat,

Γυμνὸν τρισήλῳ κείμενον ξύλῳ λαβών.

Nudum triclaui repoſitum ligno auferens.

Verùm fas non eſt de Poëtæ noſtri ſententia dubitare, cùm apertè dixerit verſu 73.

Ἀνερατὲς θανάτοιο παθεὶς τετράζυγι δεσμῷ.

Et duriuſculum eſt illud, *pedis vtriuſque pectuſculum*, quàm vt terſiſſimus Poëta ita locutus fuiſſe videatur. Quare hunc locum ſic lego, interpungo, & interpretor, proximè ante χεῖρας πεπταμένας ἑκάτερθε, *manus huic inde diſperſas deſcripſerat.* De pedibus ita loquitur ſubaudiendo, ἐξετάνυσαν ἐπισφίγξαντες, *extenderunt annectentes.*

Ἀμετρήτῳ δὲ πεπαρμένον ἄζυγι γόμφῳ,
Ποσσὶν ὁμοπλεκέεσσιν ἀκαμπέα δεσμὸν ὀλέθρου
Διπλόον, ἦτορ ἔχοντα μιῇ πεπορημένον ὁρμῇ.
Ingenti verò transfixũ (extenderũt) disiuncto clauo,
Pedibus coniunctis, inflexile vinculum exitij
Duplex, cor habentem vno traiectum (charitatis) *impetu.*

Vides vnius verſus tranſpoſitio, quantas tenebras offuderit. Neque verò ſolus quatuor clauos agnoſcit. Gregorius Turonenſis cap. 6. de gloria

Martyrum. *Clauorum Dominicorum quod quatuor ſuerint, hæc eſt ratio, duo ſunt affixi in palmis, & duo in plantis.* Cyprianus ſerm. de Paſſione, *clauis ſacros pedes terebrantibus.* Reperi in veteribus Treuirorum Annalibus M. S. à Dæmone extortum fuiſſe, vt clauum qui etiam nunc in ea vrbe ſeruatur, eum eſſe fateretur; *Qui pendentis in cruce Domini pro ſalute generis humani fuiſſet in dextro pede confixus.* Additurque ingens miraculum circa annum 1050. congitiſſe: cùm enim Metenſis Epiſcopus, eum furtim in ſinum abdidiſſet, *clauus ille ſanguinem abundantius fudit, qui guttatim de ſinu eius in terram emanare cœpit, &c.*

81 Βοῇ ἄσβεστον.) Sic Homerus ſæpè, vt ἄσβεστον μένος, Iliados χ'. ἄσβεστον κλέος, Odyſſ.ή. ἄσβεστος γέλως, Iliados α. Odyſſ.ύ. ἄσβεστος βοὴ. Iliados χ. verſu 50. & 500. βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει, & alibi paſſim.

Οἴνοπα μὴ σχίζοιμεν ἀληθέα.) Legerim ἀνητέα. quaſi inconſutilem, quod filum nullum haberet, à νέω, quod eſt nere.

Δάκτυλα χειρὸς ἀφέντες ἐκήβολα σύμβολα νίκης.) Digitorum micationem intelligit. *Eſt autem micare luſus genus quoddam, quod adhuc apud Italos durat, vt repente porrectis digitis certantium vterque numerum diuinet.* Verba ſunt Eraſmi Chil. 1. cent. 8. adag. *Dignus qui cùm in tenebris mices.* Idem frequenter, quod *ſortem iacere.* Tullius 2. de diuinat. *Quid eſt enim ſors: idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras.* Varro. *Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meum ſequatur.* Hinc Turnebus libr. 20. aduerſ. cap. 13. ait ſe in vetuſtis codicibus reperiſſe 3. offic.

Sed quaſi ſorte aut micando victus alteri cedat alter. Et apud Suetonium in Auguſto. *Sortiri vel micare iuſſit*, parum cautè verò Eilardus Lubinus noſtri Nonni interpres libro 15. Dionyſiac. cottabum confudit cùm hac micatione digitorum.

150 Σπόγγον ὑποβρυχίων ἀδύτων βλάστημα θαλάσσης.) Spongiæ, vt auctor eſt Plinius libro 9. cap. 45. *Nec animalium, nec fruticum, ſed tertiam ex vtroque naturam habent.* Et paulò pòſt eas radices agere tradit, *Subeſſe membrana quadam radicibus earum intelligitur*: ideoque noſter ſpongiam, *fruticem ſiue germen maris* nuncupauit. quamuis aliundè *intellectum ineſſe his apparet, quia vbi auulſorem ſenſere multo difficilius abſtrahuntur.* Cur autem dixerit, ὑποβρυχίων ἀδύτων, liquere poteſt ex Oppiano vltimo ἁλιευτικῶν, verſu 649.

Πέτραις δ' ἐμπλάσσας σπόγγους ἴδεν, αἳ δὲ φύονται
Ἐν νεάτοις πλαταμῶσιν ἀφνειότης ἐν σπιλάδεσσι,
Καί σφισι καὶ πνοιὴν φάτις ἔμμεναι.
Vt primum acceßit ſcopulis adnata videtur,
Spongia radices figens in cautibus imis,
Hanc etiam ſpirare ferunt.

Ὑσσωπέρου καλαμοῖο.) Ioannes nullam facit calami mentionem. Marcus 15. *Currens autem vnus, & implens ſpongiam aceto, circumponenſque calamo, potum dabat ei.* Ioannes : *Spongiam plenam aceto hyſſopo circumponentes obtulerunt ei.* Operæ fuerit videre quàm eleganter eos conciliet Poëta. Sed quorſum appellat ὄξος ὀλέθρου? Nonnulli acetum ad accelerandam reorum mortem propinatum fuiſſe crediderunt. ſed videtur alius vſus fuiſſe : ad ſiſtendum ſanguinem è vulneribus manan-

tem. idque noſtrum non fugit, vt opinor, qui etiam ἅλμῃ, ſiue muriam adiecerit. Hæc autem omnia ſal, ſiue muria, ſpongia, hyſſopus ad ſiſtendum ſanguinem mirè profuerunt. Plinius libro 23. cap. 1. ſub finem, *calidum*, acetum, *in ſpongia appoſitum adiecto, &c. hyſſopi faſciculo medetur ſedis vitiis in ſanguinis fluxione poſt exciſos calculos, & omni alia foris in ſpongia impoſitum, intus potum cyathis binis quàm acerrimum*. Et lib. 31. cap. 9. ſalem mederi dicit, *vlceribus quæ ſerpunt ex aceto, aut hyſſopo*. E quibus vides, & cur noſter ſalis mentionem iniecerit, & cur ὄξος ὀλέθρου nuncuparit, quod videlicet acetum extremo ſupplicio affectis adhiberent, eoque ſpongiam aut hyſſopi faſciculum intingerent, vt aceto vulnera rigarentur, & fluxus ſanguinis ſiſteretur. Atque hoc loco Frederici Sylburgi mireris audaciam, qui dum ſuam coniecturam, ſuperis quoque inuitis obtrudat, non veretur; & Nonno ignorantiæ Græci vocabuli, & Euangeliſtis mendacij crimen affingere, legendum aiens apud Ioannem ὑσσῷ, non ὑσσώπῳ, id eſt *pilo*. His verbis, *ὑσσώπου vocabulum ſanè minus huc congruere videtur, & ab iis inuectum fortaſſe fuit, qui nimis illud quàm hoc cognitum habebant*. Vides illud, *videtur*, & *fortaſſe*, quantum temeritatis inuexerit addere debuiſſet. Et, *fortaſſe Marcus Euangeliſta mentitus eſt, qui ſpongiam calamo circumpoſitam eſſe dixit*. Nam ſi pilo circumpoſita fuit, calamo non potuit circumponi. at contra facilè fuit hyſſopi faſciculum ſpongiæ circumpoſitum calamo alligare.

Μελισταγέος νιφετοῖο. Melle ſtilantis niuis.) Philo de profugis; Πυνθάνονται. τί ἐστι τοῦτο, ὃ μέλιτος γλυκύτερον. χιόνος δὲ λευκότερον εἶναι πέφυκε. *Percunctantur. Quid eſt hoc, melle dulcius, niue candidius?* Aduerte verò egregiam antitheſim, Deus manna Iudæis manducandum dederat, Iudæi verò acetum Deo bibendum dederunt.

Ἐρυθραίοιο δὲ κήπου Ινδῴης ἀλόης δονακοτρεφὲς ἔρνος ἀφούρης.) Fortaſſe non errauerit qui legerit *κόλπου*. Sed citra neceſſitatem nihil auſim innouare. Cur autem aloes trũcum *δονακοτρεφὲς* arundineum, ſiue arundine nutritum appellet, vix poſſum ſuſpicari. Cùm nec Plinius, nec Dioſcorides facem præferre videantur, ille libr. 27. cap. 4. aloën ita deſcribit: *Aloe Scillæ ſimilitudinem habet, maior & pinguioribus foliis ex obliquo ſtriata. caulis eius tener eſt, rubens medius, non diſſimilis autherico: radice vna ſeu palo in terram demiſſa, graui odore, guſtu amara.* Nullam hîc vides arundinis mentionem. quamobrem hic puto per hypallagem epithetum aloæ tribui, quod melius Indiæ conueniret. nam vt Plinius ibidem teſtatur, *laudatiſſima ex India adfertur.* India verò *δονακοτρεφὴς altrix arundinum.* Nam in India eodem auctore lib.2.cap.2.naſcuntur *harundines tantæ proceritatis, vt ſingulis internodiis alueo nauigabili ternos interdum homines ferant.*

122 *Σημα παρ' αὐτόῤῥιζον.)* Rupem intelligit, vt cap.1. verſu 64.

Ενδον αὐτόῤῥιζον ὀρεσταύλοιο μελάθρου.

IN CAPVT XX.

24 K Εκλιμψας ὀθόνας χονώδεας.) Reperimus nonnunquam Iudæos mortuorum corpora veſtibus pretioſiſſimis induiſſe. Sozomenus libro 9. cap. vltimo hiſt. Eccl. ad pedes Zachariæ Prophetæ adoleſcentem inuentum fuiſſe tradit; Βασιλικῆς ἠξιωμένον ταφῆς. εἶχε μὲν γὰρ ἐπὶ μὲν τῆς κεφαλῆς, χρυσοῦν στέφανον, χρυσᾶ δὲ τὰ ὑποδήματα, καὶ τὴν ἐσθῆτα τιμίαν. *Regali apparatu ſepultum. habebat enim in capite coronam auream, & aurea in pedibus calciamenta; & veſtem pretioſam.* An igitur his duobus opulentiſſimis Chriſti diſcipulis pietatem defuiſſe dicemus, qua pretioſis veſtibus magiſtrum ſuum, & Regem Regum obuoluerent? Non opinor. Sed, vt ait Rabbi Iacob, apud Baronium, Gamaliel ſenior, ita nimias funerum impenſas ſua auctoritate compreſſit, vt deinceps defunctorum corpora. *Non niſi lineis linteaminibus, iiſdemque non magni momenti obuoluerentur.*

99 Δυσσεβίην ἀφέντι βιοπλανὲς ἄχθος ἀϊδνῆς.) An igitur liberum arbitrium negat? Non negat opinor, ſed loquitur more Platonis, qui lib. 9. de legibus cùm dixiſſet, ξύμφημι γὰρ ἄκοντας ἀδικεῖν πάντας, εἰ καί τις φιλονεικίας, ἢ φιλοτιμίας ἕνεκα, ἄκοντας μὲν ἀδίκους εἶναί φησιν, ἀδικεῖν μὴν ἑκόντας πολλούς. *Conſentio enim inuoluntarios peccare omnes, etiamſi quiſpiam contentionis, aut gloriæ quærendæ ſtudio, non voluntarios quidem iniuſtos eſſe dicat, at multos voluntarios facere quod iniuſtum eſt.* Tamen ex ipſo orationis decur-

ſu non obſcurè liquet, hæc verba eodem ſenſu eſſe capienda, quo loquitur B. Dionyſius de diuinis nominibus; οὐδεὶς εἰς τὸ κακὸν ἀποβλέπων ποιεῖ. ἃ ποιεῖ: *Nemo attendens ad malum operatur.*

IN CAPVT XXI.

35 KΑὶ διερῷ Σίμωνι βυθὸν διφήτορι πίστευ.) Lego βυθῷ. minus eleganter: fateor: ſed verſus id requirit.

45 Χεῖρας ἐρετμώσας, κεφαλὴν εἰς ὕψος ἀείρων,
Ποσσὶν ἀμοιβαίοισιν ὀπίστερον ὤθεεν ὕδωρ.
Remigat ille manu ſublato vertice gaudens,
Neptunum alternis pedibus pulſare ſequentem.)

Idem lib. 41. Dionyſiacon verſu 112.

Χεῖρας ἐρετμώσασα θεητόκον ἔσχισεν ὕδωρ.
Νηχομένη, καὶ στέρνον ἐρετμώσασα θαλάσσῃ,
Σιγαλέην αὔλακα χαράσσομένην διὰ ταρσῷ,
Καὶ δέμας ἠώρησε, διχαζομένης δὲ γαλήνης
Ποσσὶν ἀμοιβαίοισιν ὀπίστερον ὤθεεν ὕδωρ.
Illa natans ſenſim patriis ſubremigat vndis,
Et ſalſos verrens accliui pectore fluctus
Sulcabat mota taciti maris æquora planta,
Et tranquilla ſecans elato corpore gaudet.
Neptunum alternis pedibus pulſare ſequentem.

I nunc, & alium Nonnum exiſtima.

57 Ἐπ' ὀφρύσι κείμενον ἰχθὺν, *poſitumque in littore piſcem.*) ὀφρὺς, *locus excelſus & eminens.* Suidas. ὀφρυόεσσα. ὑψηλὴ καὶ ἀπόκρημνος. Sic Iliados χ'. verſu 411. Ἴλιος ὀφρυόεσσα. *Ilium ſuperciliofum.* Et clarius Iliados υ'. verſu 151.

Οἱ δ' ἑτέρωσε κάθιζον ἐπ' ὀφρύσι Καλλικολώνης.
Callicolonæo reſidebant vertice Diui.

Maro in Georgicis;

Ille ſupercilio clinoſi verticis vndam
Elicit.

Sic vulgò dicimus, *les montagnes ſourcilleuſes.* Frequentius tamen vſurpant pro ripa eminenti. Apuleius 5. Mileſiorum: *Tunc fortè Pan Deus ruſticus iuxta ſupercilium amnis ſedebat.* Et libr. 17. *Si quo caſu, limo cœnoſo ripæ ſupercilio lubricante oneris impatientia prolapſus deruiſſem.* Noſter hic pro littore maris, poſt Oppianum 2. halieut. verſu 33.

καὶ ἐξέστεψε θάλασσαν
Ὀφρύσι, καὶ ῥηγμῖσι περίδρομον ἀμφιπέδησαι.
Maria alta coronans
Ille ſuperciliis, & circum littore vinxit.

Item lib. 4. verſu 503.

Ὀφρὺς ἀγχιάλου λευκαίνεται αἰγιαλοῖο.
Tota ſupercilio candenti littora fulgent.

136 Ἀθρήσας ὁμόφοιτος ἀήμονας ἐκτὸς ἀκουῆς.)

Plautus in Truculento: *Pluris eſt oculatus teſtis vnus quàm auriti decem.* Huic eſt quod noſter auditionem errori obnoxiam appellat, & tum Homerus, tum Maro vera inſomnia per corneam portam, falſa per eburneam tranſire finxerunt: tranſeunt enim per corneam, quæ per oculum eiuſque corneam, vt appellant, tunicam ad animam tranſmeant: tranſeunt per eburneam, quæ dentium adminiculo (ebur autem dens eſt Elephanti) in vocem articulatam formantur, id eſt, quæ voce proferuntur. Vide Tertullian. de anima, Seruium in 6. Æneidos, Lacerdam, Eraſmum in Adagiis, Rittechuſium in Oppianum lib. 3. cy-

neget. Aliàs adfert Nicephorus Gregoras huius fictionis rationes commentariis in Syneſium de inſomniis. Thales Mileſius, ἐρωτηθεὶς πόσον ἀπέχει τὸ ψεῦδος τῆς ἀκοῆς, ὅσον, ἔφη, ὀφθαλμοὶ ὤτων. *Rogatus quantùm à vero mendacium diſtaret. Quantùm*, inquit, *ab auribus oculi.*

PRÆTER EA QVÆ IN LATINÆ interpretationis editione iam correximus, ſuperſunt non pauca, quæ emendatione etiamnum egere videantur. adeò fas non fuit vna opera tam multas labes abſtergere.

CAP. I. verſu 37. amore geniti, *amorem parientis.* 193. cito credulam, lege *diuinam.* 211. monemus in Notis ita mutandum.

Apertis coronatim in orbem non ante ſpectatis cauitatibus.

Cap. 2. v. 22. famulos vocauit, *famulis imperauit.* 35. diuerſam aquam, *diuerſicoloris aqua.* 37. monui in Notis ita vertendum.

Aquæ in vinum mutatæ vinoſa natabat aura,
vel potius, *ſpirabat.* 80. crebrum, *crebram.* 115. confidit, *credebat.*

Cap. 4. v. 64. cœleſtem, *æternam.* 154. peregrinus, *accola.* 170. prata diuina, *ſegetem diuinam.* 181. ita verte,

Cũ ſegetem non ſeminaueritis, aut irrigaueritis aream.
242. diuinus, *diuinam*, ſupple *ſermonem*; fortaſſe legebat interpres θέσκελος.

Cap. 5. v. 61. adhuc iam, *huc vſque.*

Cap.6. v.58. Latentem cogitationem,*ſub corde preſſam vocem*.66.vicina,*repentina*.106.memorem, *procum,cupidè appetĕtem*.265.miſeri, *infœlicis prole*.

Cap.7. v.25. conſueta procella, *conſuetudo turbine*.63.dicens,*dictis,ſuſurris*. 109.ſed, *cæterùm*, & ita paſſim vertendum ὅμως.147.viuente,*bulliente*. 167.improuidi, *improuiſi*.

Cap.8.v.30.infixiſſetis animo,*confirmaſſetis animum*.39.horrentem, *horrendum*.

Cap.8.v.81.non frænatam, lege *liberam*.

Cap.9.v.26.puluere,*ſcrobe*.

Cap.11.v.57.lacrymantem dolentem,*lacrymas parturientem*.60 ſepulchrali, *ſparſo*.103. quod curreret ſubito velle, *quod exiliens ſubito vellet*.185. in forum,*in concilium*.

Cap. 12. v. 15. molli, *olim adulteriis ſeruiente*. 15.impleuit,*inebriauit*.44.barathrum,*in barathrũ*. 49.mœnia,*penetralia*.

Cap.13.v.93.æternum, *à ſe exiſtentem*.

Cap.14.v.6.ſic verte,

Niſi multas manſiones habens eſſet meum hoſpitale atrium.

62.congenitum, *congenerem*.32. cognatam humana ſpecie, *conſitam humanæ ſpeciei*. 47. repagulo, *vinculo*.

FINIS.

ERRATA.

Cap.1.verſu 119.φωνῆ,φωνῇ. Cap.2.v.38.φονῇ,φωνῇ. 77.ἑκ,ἐκ.97.reuerſam,reuerſum. Cap.3.v.40.φάος ποθέουσιν, φάος οὐ ποθέουσιν. 134. baptizabat, baptizat. Cap.4.v.22.humidum,humidam.67.πυγῆς,πηγῆς. 188.πόλλιν,πόλιν.225.παῖδα,παῖδα.231.ἑοῦς,ἑοῖς.236.ἑοῦς,ἑοῖς.246.λεπάδναις,λεπάδνοις. Cap.5.v.12.περιμπνεύσας,περιπνεύσας. Cap.6.v.11. ὀφθαλμὸν, ὀφθαλμοῖς. 19.quandam,quadam,30. inclinare, inclinate.67. ὁμίκλη,ὀμίχλη.105,raptũ,raptim.210. Cap.7.v.105. ſupereffluentes,ſupereffluente. Cap.8.v.10. θεόρρητον, θεόσσυτον. 77. nauiter, nouiter.83. affluens,affluẽtis.147.μεθέπει μελανίφρονος,μεθέπω μελανόφρονος. 190.aſpero,aſpera. Cap.9.v.27.venit,veni.66. πῆ, πῇ.111.ῥόζω, ῥόζῳ.121. miſcui, miſcuit.126. σαώους, σαώσας.250.pietate,pietati.179.ἀρχιπόρων,ἀγχιπόρων. Cap.10.v.28. noſtræ, noſtri.133. creditis, credite. Cap.11.v.30. ὅτι, ὅθι. 42. ἐμυθήσαντο, ἐμυθήσαντο. 44. ἀγόρευε,καὶ φιλοθρήνω, ἀγόρευε φιλοθρήνῳ.86.αὖτις,αὖθις. 106. εὐρυάγως, εὐρυάγωος. 126. diligebat, diligit. 150. adiuiſti,audiuiſti. Cap.12.v.1.ἐλημάδα,ἐρημάδα.3.ὅτι, ὅθι.154.γυμνόντο,γυμνοῦντο. Cap.13.v.1.aſcẽderentur, accenderentur.10. Ἰούδα, Ἰούδαν.16. αὖτις, αὖθις. 22. ἰκμαλέοιο,ἰκμαλέοιο.27.aſtetit, adſtitit.52.ἀσθηθέοισιν, ἀγχιθέοισιν.136.Ὑμέας δ' οὐ, Ὑμέας οὐ. Cap.14.v.36.conueniente,conuenientem.

FACVLTAS R. P. PROVINcialis Societatis IESV in Prouincia Campaniæ.

EGo IOANNES BOVVETVS *Præpoſitus Prouincialis Societatis* IESV *in Prouincia Campaniæ, poteſtate ad id mihi facta ab admodum R. P. noſtro* MVTIO VITELESCO *Præpoſito Generali Societatis* IESV, *facultatem concedo, vt* Nonni Panopolitani Paraphraſis ſancti ſecũdum Ioannem Euangelij, Notis illuſtrata à P. NICOLAO ABRAMO noſtræ Societatis Theologo, *typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Nanceij die* 17. *Februarij* 1623.

I. BOVVETVS.

FACVLTAS R. P. PROVINcialis Societatis IESV in Prouincia Franciæ.

IGNATIVS ARMANDVS Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Franciæ, iuxta Priuilegium eidem Societati à Chriſtianiſſimis Regibus Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante 24. Februarij 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos abſque illorum permiſſione imprimant, permitto Sebaſtiano Cramoiſy Bibliopolæ Pariſienſi Iurato, vt *Nonni Panopolitani Paraphraſis ſancti ſecundum Ioannem Euangelij, Cum Notis* P. NICOLAI ABRAMI *Societatis* IESV *Preſbyteri*, ad decem proximos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſit. Datum Pariſiis 7. Martij 1623.

IGNATIVS ARMANDVS.

ERRATA IN NOTIS.

Pag. 2. ℣. 22. *ſe te.* P. 3. ℣. 17. βὔθυ, Βυθῦ. P. 6. ℣. 7. ἀνηπλόποδες, ἀνιπλόποδες.

Pag. 7. ℣. 17. baptiſans, *baptizans.* P. 10. ℣. 26. admoniſtrans, *adminiſtrans.*

P. 11. ℣ 10. ficus, *ficui.* P. 12. ℣. 29. καβηβαεικὸς, καρηβαεικὸς.

P. 14, ℣. 3. repetio, *repetitio.* 31. limum, *limus.* P. 18. ℣. 20. μετάερτα, μετάρσια. 29. patris, *patria.* P. 19. ℣. 1. Hieroclis, *Hierocles.* 7. ἑωρτῆς, ἑορτῆς. 27. βασιλέων, βασίλειον. P. 22. ℣. 5. τεσσαράκοντα πήχεις, τεσσαρακονταπήχεις, *& iterum.* P. 29. ℣. 19. P. 24. ℣. 24. ἀνίξη, ἀναΐξῃ. 26. μενοινείσιε, μενοινήσειε. P. 25. ℣. 20. cauentẽ, *cauentem.* 29. ἐρετηοῖς, ἐρετμοῖς. P. 27. ℣. 21. Hε, H. 22. πλήκτρω, πλήκτρῳ. P. 29. ℣. 13. χρύσας, χρυσᾶς. P. 30. ℣. 7. Cederem. *crederem.* 12. ſocrorũ, *ſociorũ.* P. 31. ℣. 4. quiddã, *quidnam.* 18. τερψινόος, τερψινόοις. P. 32. ℣. 9. ἀμαρσινόω, ἀμερσινόῳ. 21. λαϊνέω, λαϊνέοις. P. 33. ℣. 5. vndæ, *vnda.* P. 34. ℣. 2. πόλει, πέλει. 5. γραψὰς, γραπτὰς. 17. Οἶιν, Οἶιν. 33. λιπαγέος, λιπαυγέος. P. 35. ℣. 3. faciat, *Iaciat.* P. 36. ℣. 24. ἀποσπυρῆρα, ἀποπτυστῆρα. P. 38. ℣. 24. ὅτε, ὅτι. P. 40. ℣. 8. ἰδιωτεύων. οἰκεῖ, *tolle interpunctionem.* 18. dixiſſet, *dixiſſent.* P. 41. ℣. 17 ἑσαῦθι, ἑσαῦθις. 21. remittit. Ad ſolem. *tolle interpunctionẽ.* P. 43. ℣. 2. hoc, *hoc loco.* 9. exordio, *excidio.* P. 46. ℣. 31. 3. menſe, *ſeptimo menſe.* *Pagina* 47. ℣. 16. nouum, *nonum.* *Pag.* 48. ℣. 15. ἀκριβιοθῆναι, ἀκριβωθῆναι.

Pag. 63. 3. ℣. 1. confecta, *conferta.* 19. Senatum, *Senatu.* *P.* 58. ℣. 4. tum, *dum.* *P.* 63. ℣. 13. ἑίλετο, εἵλετο. *P.* 63. ℣. 21. libiarum, *tibiarum.* *P.* 70. ℣. 9. vncia, *conſcia.* *P.* 72. ℣. 7. vmbro, *vmbo.* *P.* 74 ℣. 22. inuexerit, *innexuit.* *P.* 76. ℣. 21. huic *hinc.* Diſperſas, *diſpeſſas.* *P.* 77. ℣. 10. cõgitiſſe, *contigiſſe.* *P.* 80. ℣. 1. ſtilantis *ſtillantis.* 17. autherico, *antherico.* *P.* 82. ℣. 7. βύθυ, βυθῷ 83. ℣. 22. huic, *hinc.*

INDEX AVCTORVM QVI PRÆCIPVE VEL CITANTVR IN notis, vel emendantur & explicantur.

Æſchines 41.
Æſchylus 37.
Alexãder Alexãdrinus 1.
Apollonius Tyaneus 18.
Apuleius. 60. 83.
Ariſtoteles 12. 69.
Arnobius 4.
Athenæus 12.
Auctor Europiæ 48.
Auctor Phoronidos 48.
Auguſtinus. 56.
Auſonius 8. 75.

Baronius 64. 65.
Baſilius 2. 45.

Cachetus 13.
Catullus 19. 23. 25. 70. 71.
Q. Cicero 9.
M. Cicero 39. 73. 74.
Claudianus 25.
Clemens Alexandrinus 4. 8. 48.
Chryſippus 41.
Cyprianus 77.
Cyrillus 27

Dauid 7. 15.
Demetrius Phalereus 40. 65. 70.
Demoſthenes 57. 67.

Dio	63. 69	*Interpretes ſeptuaginta*	14.
Dionyſi⁹ Areopagita	82.	*Interpres Ariſtophanis*	75.
Dionyſi⁹ Halicarnaſ.	74.	*Ioannes explicatur*	12. 36. 66. &c.
Dionyſius Poëta	57.		
Dioſcorides.	80.	*Ioſephus*	11. 15. 20. 21. 22. 27. 28. 29. 43.
Empedocles	24. 41.	*Irenæus*	2.
Epiphanius	2. 5. 37. 58.	*Iulianus*	73.
Eraſmus	77.	*Iuſtinus Martyr*	7.
Eſdras	47.	*Iuuenalis*	18. 63.
Etymologicum	40.		
Eucherius	38.	*Lampridius*	59.
Eunomius	2.	*Leontius*	39.
Euripides	6.	*Lipſius*	76
Euſebius	19. 41.	*Lucas*	6. 37.
Euſtathius	6.	*Lucianus*	68.
Ezechiel	7.	*Lucretius*	31.
Galenus	65.	*Macabæi*	47.
Gregorius Magnus	45.	*Macer*	74.
Gregori⁹ Nanzianzen⁹	76	*Maldonatus*	12. 36. &c.
Gregorius Turonenſis	77.	*Marcus*	78.
		Mathæus	5.
		Maximus Tyrius	49. 68.
Heliodorus	25.	*Mercurius Triſmegiſtus*	46.
Hermas	68.	*Moſes*	14. 28.
Heſychius	18.	*Mouſinus*	13.
Hieronymus	75.		
Homerus	6. 12. 13. 17. 24. 42. 44. 71.	*Nicephorus Gregoras.*	84.
		Nonnus	6. & paſſim.
Horatius	60 74.	*Nouatianus*	3.

† 2

Oppianus 24.36.55.78.
Orientius. 64.
Origenes 3.
Orpheus 4.
Ouidius. 63.65

Petronius 63.
Phædrus 42.
Philo Biblius 49.
Philo Iudæus 80.
Philoſtratus 18.
Pindarus 37.
Plato 7.73.81,
Plautus 83.
Plinius. 79.80.
Plutarchus 24. 40. 44. 60. 61.
emendatur 23.
Porphyrius 69.

Quintilianus. 69.

Regum libri 7.

Seruius 10.
Socrates hiſtoricus 2.
Sozimus 18.
Sozomenus 81.
Statius 8.17.72.
Suidas 10. 45. 55. 70.
Syneſius 73.

Tacitus 49.
Terentius 74.
Tertullianus 2. 3. 9. 11.30.37.
Theocritus 18.
Theodoritus 1. 4.
Thomas Aquinas 3.
Treuerorum geſta. 77.
Turnebus 77.

Valerius 59.
Varro 77.
Victor 74.
Virgilius 10.12.17. 48. 65. &c.
Vopiſcus 75.

Xenophon 45.
Xiphilinus 48.

INDEX. RERVM ET VERBORVM QVÆ IN NOTIS. continentur.

accubitus 62.
acetum 79.
ἀκύειν 26.
Adultera Euangelicæ hiſtoria 30. 31. *&c.*
ἄιολον ἦτορ 59.
auum 15.
Annæ ſoboles 70.
ἀντιπλόποδες 5. 6.
Apollonius Tyaneus æmulus Chriſti 18.
Ariani 1. 3.
azymorum ritus 65.
azyma torta 65.

Βλακευνόμιον 45.

Calamo alligata ſpongia 79
Calcitrare contra ſtimulum 36. 37.
Cauitas 10.
Ceres ὄμπνια 18.
Cherubim & curr⁹ Dei 7.
Chriſtus cur Samaritanus 38. 39.
Circumciſio 28.
Claui crucis quot 77.
Columnæ in templis 48.
Columnæ Dijs ſacræ 48.
Corona libertatis 37.
Coronare vinum 12.

Deipara 11.
Δεῦς 9.

Ebrietas vini, & ceruiſiæ 12.
Elephas dormiens 22.
Encænia 46.47.
Eunomij hæreſes 2.

Fatum 45.
Flagella 74.
Feſta indicta à ſacerdotibus 53.
Fides mundi mater 4.
Fluctus populi 17.
Frederici Sylburgij ignorantia & impudentia 79.
Fratres Domini 27.
Frons imago & ſedes animi 9.

Galilææ vbertas 11.
Genethliacon 46.

Helias 7.
Heniochus 71.
Herodis Regia 19.
Hieruſalē in mōtibus 15.
Homo è puluere 14.
Hyſſopus ſanguinem ſiſtit 79.

Iacobi ager 16.
Ietter le froc aux orties 22.
Ἱππεύειν 16.
Iudæa montoſa 15.

Lex naturæ ſigillum 4.
Libertatis corona 37.
Libertas arbitrij 81. 82.
Loculi 65.
Λοξίας Apollo 69.

Manna nix mellea 80.
Manſiones multæ ſunt 66
Mendax & pater ejus 37.
Μένος 24.
Mentis celeritas 24.
Minari 42.
Micare digitis 77.
Milites ad fores templi diebus feſtis 72.

Montes auroræ illuminati 25.
Muſica Iudæorum 27.

Nauis currus maris 23.

oculatus teſtis 84.
offa 65.
Ὀμπνια Ceres 18.
opera verbis jungenda 68.
ὀπιπευτὴς & ἐπόπτης quid differant 53.
organa muſica Iudæorū 27.
Orgia Bacchi 70.
ὀχετηγὸς 17.
ὀφρύς 82.

παραγράφειν 56.
παρλάζειν 75.
Piſcina probatica 20. 21.
Phariſæi γεωπλανέες, γοοπλανέες 13.
Phariſæorum vigiliæ 5.
Philippi vocatio 8.
pilo & prudentiæ non conuenit 73.
porticus Salomonis 49.
πρεσβύτερος 58.
Priſcillianiſta 45.

Regia Herodis	19.	*Θαλύσια*	18.
Rutæ altitudo	11.	*Templi lapides*	22.
		templi opulentia	28. 29.
Saltationes in feſtis		*terræ umbra cur in*	
Iudaicis	19.	*conum deſinat*	22.
Samariæ ſitus	15.	*τοῖχος*	23.
Selli	6.	*Turres hippica, Phaſaelis,*	
Sceptrum	75.	*& Mariamnæ*	19.
Semipelagiani	44.	*Earum altitudo*	20.
Sepulturæ Iudaicæ	81.	*Tunica lapidea*	51.
Sigillum in labris	52.	*Theogonia*	2. 3.
Sigma	60. &c.		
Siloam	43.	*Valentinianorum*	
Sol ἱππέων	16.	*Verbum æquale Patri*	3.
Spongia nec animal nec		*Vino ebrij an capite*	
frutex	78.	*degrauentur*	12.
Synedrium	53.	*Vox alba & nigra*	69.

ΝΟΝΝΟΥ
ΠΟΙΗΤΟΥ
ΠΑΝΟΠΟΛΙΤΟΥ
ΜΕΤΑΒΟΛΗ ΤΟΥ ΚΑΤΑ

Ἰωάννην ἁγίου Εὐαγγελίου.

NONNI POETAE
PANOPOLITANI PARA-
phraſis ſancti ſecundum Ioan-
nem Euangelij.

ΝΟΝΝΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ

ΠΑΝΟΠΟΛΙΤΟΥ ΜΕΤΑΒΟΛΗ

τοῦ κατὰ Ἰωάννην ἁγίου Εὐαγγελίου.

ΚΕΦ. Α.

Ἄχρονος ἦν, ἀκίχητος, ἐν ἀρρήτῳ λόγος ἀρχῇ,
Ἰσοφυὴς γενετῆρος ὁμήλικος, υἱὸς ἀμήτωρ,
Καὶ λόγος αὐτοφύτοιο θεοῦ, φῶς, ἐκ φάεος φῶς.
Πατρὸς ἔην ἀμέριστος, ἀτέρμονι σύνθρονος ἕδρῃ·
Καὶ θεὸς ὑψιγένεθλος ἔην λόγος. οὗτος ἀπ' ἀρχῆς
Ἀενάῳ συνέλαμπε θεῷ τεχνήμονι κόσμου,
Πρεσβύτερος κόσμοιο· καὶ ἔπλετο πάντα δι' αὐτοῦ,
Ἄπνοα καὶ πνείοντα· καὶ ἐργοπόνου δίχα μύθου
Οὐδὲν ἔφυ τόπερ ἔσκε. καὶ ἔμφυτος ἦεν ἐν αὐτῷ
Ζωὴ πᾶσι μέλουσα, καὶ ὠκυμόρων φάος ἀνδρῶν.
Ζωὴ παντρόφος ἦεν, ἐν ἀχλυόεντι δὲ κόσμῳ,
Οὐρανίαις σελάγιζε βολαῖς γαιήοχος αἴγλη,
Καὶ ζόφος οὔ μιν ἔμαρψε. μελαμβοβότῳ δ' ἐνὶ λόχμῃ
Ἔσκε τις οὐρεσίφοιτος ἐρημάδος ἀστὸς ἐρίπνης,
Κῆρυξ ἀρχεγόνου βαπτίσματος· οὔνομα δ' αὐτῷ,
